


cor pus me- um, & in servi tú- tem re-




di- go, ut vi- ta Je- su ma ni fes-



té- tur in car- ne no- stra mor- tá-



li. ꝑ. Mi- hi ví- ve re Chri- stus est, &



mo- ri lu- crum: semper mor- ti fi ca ti ó-



nem Je- su in córpo re no- stro circumfe-



rén- tes. * Caf- tí- go,





Faded text below the staff, possibly bleed-through from the reverse side.

STATIO TERTIA.



 O Pé ru - i in je jú ni o á - ni mam

 me - am, & pó - su i ve sti méntum me -

 um ci lí - ci um. * Non sunt con dí -

 gnæ pas si ó - nes hu - jus témpo ris in ad

 fu - tú ram gló - ri am, quæ re - ve - lá - bi -

 tur in no - bis. Ÿ. Mor ti fi cá - tus

 qui - dem car - ne, vi vi fi cá - tus au tem spí -




ri tu, de fé- cit in do ló re vi ta me- a, &



á- ni ma me- a in ge- mí- ti bus. * Non.

STATIO QUARTA.



R.

I N mé- di- o Ec clé- si- æ




a- pé ru it os e- jus, & implé-



vit e- um Dó- mi nus spí- ri tu fa-




pi- én ti- æ, & intel- lé- ctús.




* Quæ- sí vit Jo- á- nes verba u- tí- li- a,

&




& conf cri- plit sermó- nes re- ctí- si mos,



ac ve ri tá- te ple- nos. Ÿ. Qui ad



ju stí- ti am e rú- di unt mul- tos,



ful gé- bunt, quasi stel- læ, in per pé- tu as æ-



ter- ni tá- tes. * Quæ- sí vit.


STATIO QUINTA.



*Hym-
nus.*

R

E gis æ tér ni ge ne ró se Mi les, Or-



di nis nostri có lumen Jo á nnes, Quos tu is læ ti


mé-




O fa tis fe lix! Spe cu lá tor al ti Nú mi nis, vo tis,



a nimó que Martyr, Pœ ni tens Virgo, memo rán de




Va tes, Myf ti ce Duc tor.



Mente per fú sâ rá di is ab alto, Montis ascén sum,



te nebráns que noctis, Et fá cem vi vam ré co lens a-




mó ris, Alta re ve las.



Cán ti cum laudis Trí a di caná mus, Cui sacrum pri-



mo cé le brans Jo á nnes, Certa spe rá tæ re tu-



lis se gaudet signa salutis. Amen.

Si non sequatur Missa, dicitur:

Cantores. V. Ora pro nobis, Sancte Pater Joannes.

Chorus. R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Deus, qui Sanctum Joannem Confessorem tuum, ac Patrem nostrum perfectæ sui abnegationis, & Crucis amatorem eximium efficisti: concede, ut ejus imitationi jûgiter inhærentes, glóriam assequamur æternam. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

V. Dominus vobiscum, &c. *ut in precedenti Processione.*

§. V.

Processio in Translatione Sacrarum Reliquiarum insigniunt.

Ecclēsia, & Viæ, per quas transeundum est, quàm fieri potest, decentius ornentur. Sacerdos, & Ministri vestibus induti albi, vel rubei coloris, prout Sancti, quorum Reliquiæ transferuntur, exposcunt: & cum Candelis accensis omnes procedant decantantes Litanias usque ad V. *Omnes Sancti, & Sanctæ Dei*, ut notatur in hac 1. Part. Cap. 1. §. XII. pag. 139. cum invocatione Sanctorum, quorum Reliquiæ deferuntur, & Hymnum *Te Deum laudamus*, & si opus sit, Psalmum *Laudate Dominum de Cælis* cum duobus sequentibus, & alios Psalmos,

mos, & Hymnos, cum Orationibus de Proprio, vel de Communi eorum Sanctorum, quorum Reliquiæ transferuntur.


§. VI.

Processio in Die S. Bartholomæi Apostoli pro inceptæ N. S. Reformationis gratiarum Actione, faciendâ.


ORnato Altari cum Pallio albi coloris, collocatâque super illud cum duabus Candelis accensis Reliquiâ Ligni Crucis in Processione portandâ, vel in ejus defectu Reliquiâ S. M. N. Teresiæ (si adsit) & ordinatis omnibus pro solempni Processione necessariis, conveniant Fratres in Ecclesiam, & post eos Celebrans, & Ministri Paramentis albis induti. Deinde, servatis omnibus, quæ in Cap. 1. §. 2. notantur, Cantores in medio Capellæ majoris incipiunt cum cantu Hymnum *Te Deum laudamus*, & inchoatur Processio.

STATIO PRIMÂ.


Hymnus. **T**E De- um lau- dá- mus: * Te Dó- mi-
 num con- fi té- mur. Te Ætérnum Pa- trem * om-
 nis terra ve ne rá- tur. Ti bi omnes An- ge li: *




ti bi Cœ li, & u ni vér sæ Po tes tá- tes. Ti bi




Ché ru bim, & Sé- raphim, * incef fá bi li vo- ce



pro clá- mant: San- ctus, San- ctus,




San- ctus, * Dómi nus De us Sá- ba oth. Ple ni sunt



Cœ li, & ter- ra * Ma je ftá tis gló- ri æ tu- æ.



Te glo- ri ó- fus Apo- stó- rum cho rus. Te



Pro- phe tá- rum laudá- bi lis nú me rus. Te Már-




ty rum candi dá- tus * lau- dat ex ér- ci tus. Te


per



per orbem ter rá- rum * San cta con fi té tur Ecclé-




fi a. Pa- trem * immén sæ Ma je- stá- tis.



Ve ne rán dum tu um ve- rum, * & ú ni cum Fí-



li um. San- ctum quo que * Pa rá- cli tum Spí-



ri tum. Tu Rex gló- ri æ Chri ste. Tu Pa- tris *




fem pi tér- nus es Fí- li us. Tu ad li be rándum suf-




ce ptú rus hó- mi nem, * non hor ru í sti Vír- gi nis ú-




te rum. Tu, de vi cto mor tis a cú- le o, * a pe-



ru í fti cre dén ti bus re-gna Cœ ló- rum. Tu ad




déx te ram De i fe- des * in gló- ri a Pa- tris.



Ju- dex cré de ris * ef- fe ven- tú- rus. Te er-



gò, quæsumus, tu is fámu lis súb ve ni, * quos pre-



ti ó so Sán- gui ne re de mí- fti.

*Hic non genufleclitur, sed tantum inclinatur inclinatio-
ne capitis.*

STATIO SECUNDA.



R. **A** Tér nâ fac * cum San ctis tu is in




gló ri a nume rá ri. Sal- vum fac pó pu lum tú-


um,




um, Dó-mi ne: * & bé- ne- dic hæ re- di- tá-




ti tu æ. Et re ge e- os, * & ex tol le il los




usque in æ té rnum. Per sín- gu los di es * be ne-



dí cimus te. Et lau dá mus no men tu um in sæ cu-




lum, * & in sæ- cu lum sæ cu li. Digná- re, Dómi-




ne, di- e i sto * si- ne peccá to nos custo dí- re.




Mi se- ré re nostri, Dómi ne, * mi se ré re no- stri.




Fi- fiat mí se ri cór di a tu a, Dó mi ne, fu per



nos: * quem-ádmódum spe rá vi mus in te. In te,




Dó- mi ne, spe rá vi: * non con- fún- dar in æ-




tér- num.


STATIO TERTIA.




TE De um Pa- trem in gé- ní tum:




Te Fí- li um u ni gé- ni tum: Te Spí- ri tum




San- ctum Pa- rá- cli tum, San- ctam, & In-



di- ví- du am Tri- ni- tá tem con- fi té- mur,




lau dá- mus, atque be ne- dí- ci- mus. * Qui-



a fe- cí fti no bís- cum mi fe ri cór di am




tu- am. ŷ. Ti bi laus, Ti bi gló ri a, Ti-



bi gra ti- á rum á- cti o in sæ- cu la sem-



pi- térna. O Be á- ta Trí- ni tas.



* Qui- a.

STATIO QUARTA.



B E- ne dí- ci- mus De- um Cœ- li,

Pars I,

Dd


&



& co-ram óm-ni bus vi-vén-ti bus con-



fi-té-bi mur e-i. * Qui-a fe-




cit no bis cum mi fe ri cór-di am fu-



am. Ÿ. Lau dá-te Dó-mi num, qui-a be-nígnus



est, psál li te Nó-mi ni e-jus, quó-




ni am fu-á-ve. * Qui-a.

STATIO QUINTA.

Psalm.

L



Audá-te Dómi num omnes gen tes:



laudá te e um om nes pó- pu li.

Quóniam confirmáta est Glória Patri, & Fílio, * &
 super nos misericórdia Spirítui Sancto.
 ejus : * & véritas Dó- Sicut erat in princípio, &
 mini manet in ætér- nunc, & semper, * & in
 num. sæcula sæculórum. Amen.

*Prædictus Psalmus, si non sufficiat, repetatur; & non
 dicitur Glória Patri, donec omnes suis locis sistant.*

Ÿ. Benedicámus Patrem, & Fílium cum Sancto Spíritu.
 R. Laudémus, & superexaltémus eum in sæcula.
 Ÿ. Benedíctus es Dómine in firmaménto Cœli.
 R. Et laudábilis, & gloriósus, & superexaltátus in
 sæcula.

Ÿ. Bénedic ánima mea Dómino.
 R. Et noli oblivísci omnes retributiónes ejus.
 Ÿ. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
 R. Qui fecit Cœlum, & terram.
 Ÿ. Dómine exáudi oratióem meam.
 R. Et clamor meus ad te véniat. *Et surgens.*
 Ÿ. Dóminus vobíscum.
 R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.


DEus, à quo bona cuncta procedunt, & cùjus mise-
 ricórdiæ non est númerus: Majestáti tuæ pro donis
 nobis collátis grátias ágimus, tuam cleméntiam depre-
 cantes; ut quibus bona temporália non dénegas, largiá-
 ris æténa.

OMnipotens sempiternus Deus, qui neminem in te sperantem deseris, & omnibus ad te devotè clamantibus pius præstas benignus auditum: suscipe quas tibi pro acceptis votis grâtiâs referimus, & confirma super nos misericordiam tuam, ut à tuo servitio nunquam recedentes, in tua semper protectione maneamus.

Deus, cujus misericordiæ non est numerus, & bonitatis infinitus est thesaurus, piissimæ Majestati tuæ pro collatis donis grâtiâs agimus, tuam semper clementiam exorantes: ut qui petentibus postulata concedis, eisdem non deserens ad præmia futura disponas. Per Christum Dòminum nostrum. R. Amen.

Si in hac Processione deferatur Reliquia S. M. N. Teresie, tunc canenda erit Antiphona cum V. & Oratione sequenti.

*Anti-
phona.* **S** An-cta Ma-ter Te ré- si a, ré-
pi ce de Cœ- lo, & vi- de,
& ví- si ta yí- ne am i- stam, &
pér-



Ÿ. Ora pro nobis, Sancta Mater nostra Terésia.
 R. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Orémus.

EXáudi nos Deus salutáris noster: ut sicut de Beátæ Terésiaë Vírginis tuæ, & Matris nostræ commemo-
 ratione gaudémus; ita cœléstis ejus doctrínæ pábulo nu-
 triámur, & piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Chri-
 stum Dóminum nostrum. R. Amen.

Ÿ. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.
 Ÿ. Benedicámus Dómino. R. Deo grátias.
 Ÿ. Exáudiat nos Omnípotens, & miséricors Dóminus.
 R. Amen. *Et submissa voce.* Et Fidélium ánimæ, &c.
 R. Amen.

*Quibus expletis, more solito cum Psalmo Deus mise-
 reátur revertuntur ad Ante-Sacristiam, & postea ten-
 dunt ad Chorum.*

§. VII.

*Pro Renovatione Votorum, quæ fieri debet in omnibus
Conventibus totius Congregationis in Profesto, vel
Festo Epiphaniæ Domini.*

Singulis annis in Festo Epiphaniæ Domini sub vespe-
re, Fratres cum Paliis simul in Choro congregati,
dictaque, ut moris est, à Prælato, seu Præsidente. An-
Veni Sancte Spiritus, &c. habitaque à se, sive ab alio,
aliqua spirituali Exhortatione, prout tempore licuerit,
Vota sua, præeunte Prælato, seu Præsede, renovabunt.
Subindèquè immediatè Prælatus quivis, seu Præsides,
Hymnum Te Deum laudamus canet, prosequente indè
Choro alternatim, ut habetur pag. 201. Deinde Ora-
tionibus, ac Precibus sequentibus finiet, Stola albâ è
collo pendente.

Ÿ. Benedicamus Patrem, & Filium, cum Sancto Spi-
ritu.

℞. Laudemus, & superexaltemus eum in sæcula.

Ÿ. Benedictus es, Domine, in firmamento Cæli.

℞. Et laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in
sæcula.

Ÿ. Benedic anima mea Domino.

℞. Et noli oblivisci omnes retributiones ejus.

Ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit Cælum, & terram.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Oré-

Orémus.

DEus, qui nos à sæculi vanitate convèrso, ad bravium supèrnæ vocatiõnis accendis, pectoribus nostris purificandis illábere, & grátiam nobis, quâ in te perseveremus, infunde: & protectiõnis tuæ muniti præsidiiis, quod, te donante, promissimus, impleamus; & nostræ Professiónis executóres effecti, ad ea, quæ perseverantibus in te promittere dignatus es, pertingamus.

DEus, à quo bona cuncta procedunt, & cujus misericordiæ non est número: Majestati tuæ pro donis nobis collatis grátias ágimus, tuam cleméntiam deprecantes; ut quibus bona temporália non dénegas, largiáris æterna.

OMnipotens sempitèrne Deus, qui néminem in te sperantem deseris, & omnibus ad te devotè clamantibus pium præstas benignus áuditum: suscipe quas tibi pro acceptis votis grátias referimus, & confirma super nos misericordiam tuam, ut à tuo servitio nunquam recedentes, in tua semper protectiõne maneamus.

DEus, cujus misericordiæ non est número, & bonitatis infínitus est thesaurus, piíssimæ Majestati tuæ pro collatis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorantes: ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad præmia futura dispõnas. Per Christum Dóminum nostrum, &c.

§. VIII.

*Deo, ac B. M. V. Deprecatio ob N. Generalis Capituli
prosperum adipiscendum eventum.*

ANno ipso, in quo Capitulum Generale fuerit celebrandum, post Preces, quas unusquisque pro illius felici conclusione fundere debet, die Dominicâ, & erit prima ex duabus ultimis præcedentibus, (habito, ut assolet fieri, Superioris ordine) solemnis fiet Processio, in qua Fratres in cujusvis Conventûs Templo congregati Litanias Maiores, ea serie, quâ sunt in Cap. I. §. XII. pag. 139. ante Missam Conventualem, canent. Post *Ÿ. Ut fructus terræ dare, &c.* bis dicitur: *Ut Electiones nostras inspirare, & perficere digneris, Te rogamus audi nos.* Deinde in fine Litaniarum Sacerdos indutus Amictu, Albâ, Stolâ, & Pluviali violaceo cantat, manibus junctis ante pectus, inter Sacros Ministros Librum tenentes, *Pater noster*; quo secretè persoluto, Precibus, quæ ibi insunt, omissis, cantat sequentia.

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

Ÿ. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.

℞. Et renovabis faciem terræ.

Ÿ. Salvos fac servos tuos.

℞. Deus meus sperantes in te.

Ÿ. Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix.

℞. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat. Et surgens.

Ÿ. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Orémus.

DEus, qui corda Fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta scápe-re, & de ejus semper consolatióne gaudére.

PRótege, Dómine, Fámulos tuos subsidiis pacis, & Beátæ Mariæ semper Vírginis patrocínio confidéntes, à cunctis hóstibus redde secúros.

SANCTÍSSIMÆ Genitrícis tuæ Sponsi, quæsumus Dómine, méritis adjuvémur, ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessióne donétur.

PRÆSTA, quæsumus Omnípotens Deus, ut qui Beátum Patrem nostrum Eliam Prophétam tuum ígneo curru mirabiliter elevátum esse crédimus, eódem interveniénte, ad cœléstia sublevémur, & Sanctórum tuórum confórtio gaudeámus.

EXÁUDI nos Deus salutáris noster, ut sicut de Beátæ Terésíæ Vírginis tuæ, & Matris nostræ commemoratióne gaudémus: ita cœléstis ejus doctrínæ pábulo nutriámur, & piæ devotiónis erudiámur afféctu.

DEUS, qui Sanctum Joánnem Confessórem tuum, ac Patrem nostrum perféctæ sui abnegatiónis, & Crucis amatórem exímium effecísti: concéde, ut ejus imitatióni júgiter inhæréntes, glóriam assequámur ætérnam.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári: quæsumus, ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam multiplicátis intercessóribus largiáris.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, qui facis mirabilia magna solus: præténde super Fámulos tuos, & super Congregatiónes illis commíssas, spíritum grátiae sa-

lutáris , & ut in veritate tibi compláceant , perpétuum eis rorem tuæ benedictiónis infúnde.

DEus refúgium nostrum , & virtus , adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus , Auctór ipse pietátis , & præsta : ut quod fidéliter pétimus , efficaciter consequámur.

DEus Virtútum , cujus est totum , quod est óptimum : insere pectóribus nostris amórem tui nóminis , & præsta in nobis religiónis augméntum : ut quæ sunt bona nútrias , ac pietátis stúdio , quæ sunt nutríta , custódias. Per Christum Dóminum nostrum , &c.

Ÿ. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Ÿ. Exáudiat nos Omnípotens , & miséricors Dóminus.

R. Amen.

Ÿ. Et Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéf-
cant in pace. R. Amen.

Sed hic advertendum est , quòd in Precibus , quæ postquam à Prælato Superiore ordinatum fuerit , fieri solent in Choro cum Aña *Sub tuum præsidium* , tantùm dici debet Ÿ. *Ora pro nobis , Sancta Dei Genitrix* , omissis aliis ŸŸ. Postea dicitur primo loco Oratio B. M. V. *Protege , Domine* , &c. deinde alias Orationes , ut supra.

His peractis , omnes surgunt , & eodem ordine , quo processionaliter venerant , revertuntur in Ante-Sacristiam cum Psalmo *Deus misereatur nostri* , &c.

Dominicâ verò sequenti Capitulo proximiori , Fratres iterum congregentur in Choro , ubi , post Conventualem Missam cum SS. Sacramento ad Ostium Sacrarii in Pixide solemniter celebratam , cantant Litaniam B. M. V. ut infra ponitur. Celebrans , finitâ Missâ , deponit Manipulum ,

lum, & Planetam, ac induitur Pluviali (eiusdem coloris, quo in Missa usus fuit) à Ministris, qui etiam Manipulos deponunt, & genuflectunt ante Altare.

LITANIA LAURETANA
BEATISSIMÆ VIRGINIS Mariæ.

K Yrie eléison.
Christe eléison.

Kyrie eléison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de Cœlis Deus,
Fili Redemptor mundi Deus,

Spiritus Sancte Deus,
Sancta Trinitas unus Deus,

Sancta Maria,
Sancta Dei Génitrix,
Sancta Virgo Virginum,

Mater Christi,
Mater Divinæ gratiæ,

Mater purissima,
Mater castissima,

Mater inviolata,
Mater intemerata,

Mater amabilis,
Mater admirabilis,

Mater Creatoris,
Mater Salvatoris,

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Ora pro nobis.

ora.

ora.

ora.

ora.

ora.

ora.

ora.

ora.

ora.

ora.

ora.

ora.

Mater Carmelitárum,	ora.
Virgo prudentíſſima,	ora.
Virgo veneránda,	ora.
Virgo prædicánda,	ora.
Virgo potens,	ora.
Virgo clemens,	ora.
Virgo fidélis,	ora.
Spéculum juſtitiæ,	ora.
Sedes ſapiéntiæ,	ora.
Cauſa noſtræ lætitiæ,	ora.
Vas ſpirituále,	ora.
Vas honorábile,	ora.
Vas inſigne devotiõnis,	ora.
Rofa myſtica,	ora.
Turris Davídica,	ora.
Turris ebúrnea,	ora.
Dõmus áurea,	ora.
Fœderis Arca,	ora.
Jánua Cœli,	ora.
Stella matutína,	ora.
Salus infirmõrum,	ora.
Refúgium peccatõrum,	ora.
Conſolátrix afflictorum,	ora.
Auxílium Chriſtianõrum,	ora.
Regína Angelõrum,	ora.
Regína Patriarchárum,	ora.
Regína Prophetárum,	ora.
Regína Apoſtolõrum,	ora.
Regína Mártyrum,	ora.
Regína Confefſõrum,	ora.
Regína Víginum,	ora.

Re-

Regina Sanctorum omnium, ora.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis, Dó-
 mine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos, Dó-
 mine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Misere nobis.

His dictis, Sacerdos manibus junctis cantat Preces, & Orationes, ut in precedenti Dominica pag. 214. Ministris Librum tenentibus.

Denique, si hæc Congregatio in Provincias dividatur, tunc eadem Preces pro Provinciali Capitulo fient.

§. IX.

Modus præstandi obsequium Obedientiæ R. Adm. P. N. Priori Generali recenter electo in Capitulari Domo.

IN ipso Capituli Generalis die, facto signo, conveniant Fratres in Claustrum, unde exeunt processionaliter usque ad Ostium Capitularis Domus. Præcedit Cruciferus inter Acolythos cum Cereis accensis. Tum Fratres per ordinem, & ultimò Sacerdos (qui erit Supprior, seu Dignior Conventus) Amictu, Cottâ, Stolâ, & Pluviali albi coloris indutus, cum ad Capituli Ostium pervenerint, ita se ordinent, ut Sacerdos, & Seniores se sistant juxta ipsum. Cum autem Præses Capituli Hymnum *Te Deum* intonaverit, illum prosequentes, ut in Cap. II. §. VI. pag. 201. ad Ecclesiam eodem ordine procedant. Post Conventum ibunt Patres Capitulares, & post eos ad latus dextrum ibit Sacerdos paratus. Postea

in

in medio solus procedit R. P. N. Prior Generalis recent-
ter electus. Cum omnes accesserint ad Ecclesiam, Cru-
ciferus cum Acolythis sistit juxta gradus Altaris à latere,
quo exeundum est ab Ecclesia. Cæteri autem Religiosi,
factis debitis reverentiis, dividuntur per Choros. Sacer-
dos paratus ascendit ad Altare, se collocans in cornu
Epistolæ, quasi versus ad Prælatum: Prælatus autem,
omnibus aliis stantibus, se collocat genuflexum in me-
dio plani juxta gradus Altaris Maioris super nudum ta-
petem. Expleto Hymno, Sacerdos manibus junctis ante
pectus cantat sequentia ex Libro posito super Cússimum
in cornu Epistolæ.

Ÿ. Benedicámus Patrem, & Fílium, cum Sancto Spíritu.

℞. Laudémus, & superexaltémus eum in sæcula.

Ÿ. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DEus, cujus misericórdiæ non est númerus, & bo-
nitátis infinitus est thesáurus: piíssimæ Majestáti tuæ
pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper clemén-
tiam exorántes: ut qui peténtibus postuláta concédís,
eósdem non déserens, ad præmia futúra dispónas.

PRótege, Dómine, fámulum tuum N. Patrem nos-
trum subsidiis pacis, & Beátæ Mariæ semper Vír-
ginis patrocínio confidéntem, à cunctis hóstibus redde
secúrum.

OMnípotens sempitérne Deus, qui facis mirabília
magna solus: præténde super fámulum tuum N.
Patrem nostrum, & super cunctam Congregatióem illi
commíssam, spíritum grátiae salutáris: & ut in veritáte

tibi compláceat, perpétuum ei rorem tuæ Benedictionis infúnde. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Quibus finitis, Sacerdos descendit per ipsum latus Epistolæ ad planum, & factis Altari, & Prælato debitis reverentiis, cum Acolythis, & Crucifero revertitur in Sacristiam. Tunc duo Digniores Capitulares ad Prælatum accedunt, ut ipsum elevent. Prælatus autem surgit, & factâ Altari debitâ reverentiâ, tendit inter eos ad Scabellum, seu Cathedram in plano ipsius Capellæ ad latus Evangelii super Tapetem positam, & ibi sedet. Deinde omnes Fratres incipiendo à Dignioribus accedunt ad Prælatum, & ante ipsum genuflexi ab eodem Benedictionem accipiunt manum deosculando. Quo factó, omnes sine aliquo Psalmo Prælatum comitantes ad cellam perducent.

§. X.

Modus gratias agendi Deo in aliis Conventibus Congregationis pro Eleccione R. P. N. Prioris Generalis.

AUdita Eleccione R. P. N. Prioris Generalis, cantetur in tota Congregatione in Choro Hymnus: *Te Deum laudamus*, quem initiat Præsidens Stola è collo pendente super Pallium, vel Rocchettum, ut in Cap. II. §. VI. pag. 201. Quo finito, cantantur à Præsidente Preces, & Orationes, quæ paulo suprâ sunt posita.


CAPUT TERTIUM.

*De Receptionibus Prælatorum, & aliarum insignium
Personarum.*


§. I.

*Ordo recipiendi Cardinalem ubique terrarum, vel Lega-
tum, Nuntium, Patriarcham, Archiepiscopum, aut
Episcopum in locis suæ Jurisdictionis tantum.*


Cum Prælati aliquis, prima vice, ad nostros ve-
nerit Conventus, fiat receptionis Processio modo
infra annotato in receptione P. N. Generalis, exceptis
his, quæ sequuntur. Cum Prælati pervenerit ad Ostium
Ecclesiæ, statim canenda erit una ex Antiphonis, vel
Responsoriiis sequentibus, secundum personarum circum-
stantias. Item Prior, seu Dignior Conventus, qui de-
bet esse paratus Amictu, Superpelliceo, Stolâ, & Plu-
viali albi coloris, petit à Prælato Benedictionem incensi
dicens: *Benedicite, Pater Reverendissime, vel Eminentis-
sime, si fuerit Presbyter Cardinalis.*

Añã. **S** 

A cêrdos, & Pón-ti- fex, & vir tú tum




ó pi fex, Pastor bo ne in pó- pu lo, sic pla-
cu-



cu íf ti Dó mi- no.




R. **E** C ce Sa cérdos mag- nus, qui in di- é-




bus fu- is plá- cu it De- o.



* I- de- ò ju re- ju- rán- do fe- cit il-




lum Dó- mi nus cré- ce re in ple- bem



fu- am. Ÿ. Be- ne di cti- ó- nem



ómni um gén ti um de- dit il- li, & tes-




taméntum su um con firmá- vit su per ca- put


Pars I.

Ff


ejus.




e- jus. * I- de- ò. Ÿ. Gló- ri-



a Pa- tri, & Fí- li o, &



Spi rí- tu i San- cto.



* I- de- ò.


Si autem Legatus, vel Cardinalis non sit Presbyter, sed Diaconus tantum, tunc cantatur sequens Responsorium, & non ipse, sed Sacerdos paratus, incensum in Thuribulo ponit, & benedicit.



R. **F** I dé- lis nam que, & pru- dens dif-




pen fá- tor in ma- gni Patris- fa mí- li- as do-




mo consti tú- tus e- rat. * Ut con fér- vis


suis




fu- is men sú ram trí- ti ci e-




ro- gá- ret. Ÿ. Pro fa lú- te,




& augménto gre gis si bi commís- si, cu ra per




ví- gi li so- lí- ci tus e- rat.



* Ut. Ÿ. Gló- ri a Pa- tri, & Fí-



li o, & Spi rí- tu- i San-



cto. * Ut.

Si verò duo, vel plures Legati recipiantur, etiamsi non essent Episcopi, vel Presbyteri Cardinales, cantatur sequens Antiphona.

Ant. **V** Os ef- tis Ci ves Sanctó- rum, &
 Do méf- ti ci De i, fu- per æ- di fi-
 cá- ti fu- pra fun- da mén- tum A-
 po sto. ló- rum, & Pro phe tá- rum.

Post thurificationem Prælati, finitâ Antiphonâ, seu Responsorio, intonatur à Cantoribus Hymnus *Te Deum laudamus*, ut habetur pag. 201. Tunc Prælato superponitur Baldachinum, quod, si possibile sit, nunquam SS. Sacramento deserviat; sed, si SS. Sacramentum sit expositum, procedit sine illo. Deinde paulò ante Genuflexorium amovetur Baldachinum, & Prælati genuflexus orabit super Pulvinum, ante quod erit Reclinatorium, panno serico viridi, seu violaceo tectum pro Episcopo, aut rubro, seu violaceo pro Cardinali, secundùm circumstantiam temporis, cum alio Pulvino, ut in eo reclinari possit.

Si ex circumstantiis occurrentibus Personæ, temporis, &c. visum fuerit, ne Prælati nimis graventur, tunc postquam Prælati thurificatus fuerit, & non antea, ini-
 tia-

tiari poterit competens Antiphona, seu Responsorium, cum quo proceditur usque ad Altare, & Sacerdos paratus, omisso Hymno *Te Deum laudamus*, dicit Preces, ut infrà.

Tandem Sacerdos paratus stans in cornu Epistolæ, quasi versus ad Prælatum, cantat sequentia ex Libro super Cússimum posito in Altari.

Ÿ. Protéctor noster aspice Deus.

℞. Et respice in faciém Christi tui.

Sed hic versus tantum dicitur, si Prælatus sit Episcopus, aut Presbyter Cardinalis; quia, si fuerit tantum Diaconus Cardinalis, solùm dicuntur sequentia.

Ÿ. Salvum fac servum tuum, Dómine.

℞. Deus meus sperántem in te.

Ÿ. Mitte ei, Dómine, auxiliúm de sancto.

℞. Et de Sion tuére eum.

Ÿ. Nihil proficiat inimicus in eo.

℞. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei.

Ÿ. Dómine, exáudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui facis mirabilia magna solus: præténde super hunc Fámulum tuum, & Congregatiónes illi commíssas, spíritum grátia salutáris; & ut in veritáte tibi compláceat, perpétuum ei rorem tuæ Benedictiónis infúnde. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Finita Oratione, si Prælati sit Presbyter Cardinalis, aut Patriarcha, Archiepiscopus, seu Episcopus Diocæsanus, statim cantatur Antiphona, & ŷ. S. Titularis, vel Patroni propriæ Ecclesiæ. Interim Sacerdos paratus se sistit in primo gradu post Suppedaneum, & Cæremoniarius invitat Prælatum ad Orationem cantandum. Prælati autem surgens ascendit ad Altare, & illo in medio osculato, accedit ad cornu Epistolæ, ubi, Cæremoniaro Candelam tenente, cantat ex Libro, seu Missali super Cússimum posito, Orationem. Postea in medio Altaris dat omnibus Pontificalem Benedictionem. Quo facto, Cruciferus cum Acolythis revertitur ad Sacrificium, & Sacerdos se exiit in aliqua Credentia extra Altare, ut citius accedat ad Prælatum. Prælati verò à Cæremoniaro conductus sedebit in Cathedra super Presbyterium à cornu Evangelii positâ; & tunc Fratres (incipiendo à Dignioribus) accedentes illi manum reverenter osculentur. Postea associant Prælatum usque dum egrediatur è Conventu. At si velit aliquantulum in Conventu permanere, aliqui ex Senioribus, & Dignioribus Fratribus remaneant cum ipso, cæteris Ecclesiam egredientibus.

Sed notandum est, quod in his Receptionibus Prælatorum etiam observari debent alia de consilio Cæremoniarum ejusdem Prælati, si fortè ad hoc speciales habeant Cæremonias.

§. II.

De Receptione R. Adm. P. N. Prioris Generalis.

CUM R. P. N. Prior Generalis ad nostros Conven-
tus (prima vice post ejus Electionem) venerit, il-
lum Fratres, ut communem Patrem venerantes, solem-
niter recipere debent. Appropinquante igitur ejus adven-
tu, congregentur, & ei obviam per aliquod spatium ex-
tra Monasterium in forma Processionis occurrant. In cu-
jus Receptione hic ordo servabitur.

Præcedunt duo Acolythi, quorum unus Vas Aquæ be-
nedictæ, alter verò Thuribulum defert. Sequitur Cruci-
ferarius portans Crucem inter alios duos Acolythos cum
Cereis accensis, qui omnes Rocchettis induti esse de-
bent. Deinde Conventus per ordinem. Ultimò procedit
Dignior Conventus Amictu, Cottâ, seu Rocchetto, Sto-
lâ, & Pluviali albi coloris indutus deferens in manibus
parvam, & prætiosam Crucem velo albo coopertam, in
qua nulla sit Reliquia.

Cum perventum fuerit ad locum, ubi Processio siste-
re debet, Cruciferus inter Acolythos sistit ad Ostium
Ecclesiæ à latere dextero exeuntis ab Ecclesia. Sacerdos
paratus cum cæteris Acolythis se sistit propè Geniflexo-
rium in aditu Ecclesiæ positum, sed à latere sinistro, etiam
ab Ecclesia exeuntis. Fratres autem protenduntur versùs
eam partem, per quam Prelatus accessurus est; Juniori-
bus viciniùs Monasterio statim post Crucem remanenti-
bus: qui ordo in quibusque Processionibus, pro cujusvis
insignis Prælati, vel Personæ Receptione faciendis, ser-
vandus est.

Cum

Cum ergò jam propè accesserit Prælatus, quatuor ex Senioribus, seu Dignioribus Fratribus per aliquot spatium ei obviàm ibunt. Quem reverenter suscipientes usque ad Processionis locum à dextris, & à sinistris comitabuntur. Mox Processio intrat Ecclesiam, Cruciferario præcedente, & pulsantur modo festivo Campanæ.

Cum Prælatus intrat Ecclesiæ Ostium, Processio sistit. Mox Sacerdos paratus Crucem velo prius purificatam illi offert, quam Prælatus super Tapetem genuflexus devotè osculatur. Deinde Sacerdos Crucem dat Sacristæ, ut fervetur. Postea surgit Prælatus, & Sacerdos illi Aspersorium cum osculis ministrat; quo assumpto, Prælatus se ipsum aspergit, mox Sacerdotem, & alios. Deinde Sacerdos cum osculis illi Cochleare ministrat dicens: *Benedicite, Pater Reverende*; & Prælatus imponit, ac benedicit incensum, Thuriferario Thuribulum porrigente. Quo factò, Sacerdos accipit Thuribulum, & ter Prælatum thurificat cum profunda inclinatione antea, & postea.

Deinde Cantores intonant Hymnum *Te Deum laudamus*, ut in Cap. II. §. VI. pag. 201. & iterùm movetur Processio usque ad Capellam Maiorem, præcedentibus Acolythis Vasis Aquæ benedictæ, & Thuribuli, Crucifero, & Ceroferariis, qui omnes se collocant juxta gradus Altaris à latere, quo exeundum est ab Ecclesia. Fratres, cum accedunt ad Capellam, stant hinc, & inde. Sacerdos paratus procedit in fine Communitatis in cornu dextro, & cum accedit ad infimum gradum Altaris, in ipso genuflectit, & ascendens ad Altare se collocat in cornu Epistolæ, quasi versus ad Prælatum. Prælatus autem solus post omnes in medio procedit, & cum pervenerit ad gradus Altaris in medio plani super Tapetem

genuflexus orabit. Expleto Hymno, Sacerdos manibus junctis, quasi versus ad Prælatum, in eodem cornu Epistolæ cantat sequentia ex Libro super Cússimum, seu Legile posito in Altari.

- V. Salvum fac servum tuum, Dómine.
 R. Deus meus sperántem in te.
 V. Mitte ei, Dómine, auxiliúm de sancto.
 R. Et de Sion tuére eum.
 V. Ora pro eo, Sancta Dei Génitrix.
 R. Ut dignus efficiátur promissionibus Christi.
 V. Nihil proficiat inimicus in eo.
 R. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei.
 V. Dómine, exáudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te véniat.
 V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui facis mirabilia magna solus: præténde super Fámulum tuum Patrem Nostrum, & Congregationem illi commíssam, spírítum grátia salutáris, & ut in veritate tibi compláceat, perpétuum ei rorem tuæ Benedictionis infúnde.

PRótege, Dómine, Fámulum tuum subsidiis pacis, & Beátæ Mariæ semper Vírginis patrocíniis confidentem, à cunctis hóstibus redde secúrum. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Quibus dictis, ipse Sacerdos, factis Altari, & Prælato debitis reverentiis, cum Crucifero, & aliis Acolythis

in Sacristiam revertitur. Vel, ut citius ad Prælatum accedat, se exiit in aliqua Credentia extra Altare, Crucifero interim cum cæteris Acolythis in Sacristiam revertente: Prælatus verò surgit, & facta prius genuflexione SS. Sacramento, sedebit in Scabello, seu Cathedra in plano ipsius Capellæ Maioris à latere Evangelii super Tappetem positâ. Tunc Fratres incipiendo à Dignioribus accedent, & ante ipsum genuflexi ab eodem Benedictionem accipient, manum deosculantes. Quo factò, omnes illum comitantes ad cellam perducent.

§. III.

Ordo ad Recipiendum Processionaliter Regem.

QUANDO Rex, prima vice, ad nostros venerit Conventus, Fratres processionaliter ei obviam extra Ecclesiam procedant, ut dicitur §. antecedenti. Ad introitum Ecclesiæ Prior, seu Dignior Conventûs, Amictu, Superpelliceo, Stolâ, & Pluviali albi coloris paratus, illi offert Crucem, quam Rex super Pulvinum genuflexus reverenter osculabitur. Deinde Sacerdos Regem stantem aspergit cum profunda inclinatione antea, & postea; deinde in communi, sed Regem non thurificat; quia in hac, & sequentibus Receptionibus Thuribulum non defertur. Sed notandum est, quòd si adsit Cardinalis, Patriarcha, Episcopus, vel alia Dignitas destinata, ut Regi ministret, tunc Sacerdos eis ministrat Crucem à Rege adorandam, & postea Asperforium cum debitis osculis antea, & postea. Interim, Cantoribus incipientibus, cantatur sequens Responsorium.


E Lé- git e- um Dó- mi-


 nus: * Et excél- sum fe- cit il lum præ Ré-


 gi- bus ter- ræ. ŷ. Glo- ri fi- cá- vit


 e- um in conspé-ctū Re- gum, & non confun-


 dé- tur. * Et excél. ŷ. Gló- ri a Pa-


 tri, & Fí- li o, & Spi rí tu i San-


 cto. * Et excél sum.

Quo dicto, superponitur Regi Baldachinum, & à Can-
 toribus Hymnus *Te Deum* intonatur. Deinde continuatur
 Processio usque ad Capellam Maiorem, ubi amoto Bal-

dachino, ipse Rex juxta Reclinatorium panno serico tectum super Pulvinum genuflexus orabit. Interim Sacerdos ascendit ad cornu Epistolæ, ubi stans quasi versus ad Regem cantat sequentia ex Libro super Cússimum posito in Altari. At si ex aliqua circumstantia visum fuerit, quod nimis Regalis Persona gravetur, omitti potest Hymnus *Te Deum*, & postquam ipsa aspersa fuerit, & non antea, incipi debet præcedens Responsorium, quo finito, Sacerdos cantat sequentia.

Ÿ. Deus judicium tuum Regi da.

℞. Et justitiam tuam filio Regis.

Ÿ. Salvum fac Regem nostrum, Dómine.

℞. Deus meus sperantem in te.

Ÿ. Mitte ei, Dómine, auxilium de Sancto.

℞. Et de Sion tuere eum.

Ÿ. Nihil proficiat inimicus in eo.

℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

Ÿ. Fiat pax in virtute tua.

℞. Et abundantia in túrribus tuis.

Ÿ. Dómine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dóminus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

DEUS, cui omnis Potestas, & dignitas famulatur: da huic Fámulo tuo Regi nostro N. prósperum suæ Dignitátis effectum, in qua te semper timeat, tibi que júgiter placere conténdat. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Qui-

Quibus dictis, Prior, seu Dignior Conventus, factis Altari, & Regi debitis reverentiis, se exiit in aliqua Credentia extra Altare, ut citius ad Regem accedat, Crucifero interim cum cæteris Acolythis in Sacristiam revertente. Postea Fratres associant Regem usque dum egrediatur à Conventu. At si velit aliquantulum in Conventu permanere, aliqui ex Dignioribus, & Senioribus Fratribus remaneant cum ipso, cæteris Ecclesiam egredientibus.

§. IV.

Ordo Recipiendi Processionaliter Reginam.

Servatis omnibus, quæ in præcedenti Receptione præmittuntur, infra posita in præsentibus decantabuntur.



I S- ta est spe- ci ó- fa inter fi-



 li as Je- rú fa lem: * Si- cut vi dí sti e-



 am ple- nam cha- ri tá- te, & di le cti ó-



 ne in cu bí cu lis, & in hor- tis a- ró-

ma-



ma tum. ŷ. Iŷta eŷt ŷpe ci ó- ŷa,

quæ aŷ- cén dit de de- fér to de lí- ci is aŷ-

flu ens. * Si- cut. ŷ. Gló ri- a Pa-

tri, & Fí- lí o, & Spi rí- tu i

San- cto. * Si- cut.

Deinde, ŷi cantandus ŷit Hymnus Te Deum, tunc intonandus eŷt à Cantoribus; & reliqua ŷiunt, ut dicitur pro Rege; ŷed Prior, ŷeu Dignior Conventús cantat ŷequentia.

ŷ. Salvam fac ancíllam tuam, Dómine.

℞. Deus meus ŷperántem in te.

ŷ. Mitte ei, Dómine, auxílium de Sancto.

℞. Et de Sion tuére eam.

ŷ. Nihil profíciat inimícus in ea.

℞. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.

ŷ. Fiat pax in virtúte tua.

℞.

R. Et abundantia in túrribus tuis.

V. Dómine, exáudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.


Orémus.


DEus, cujus providéntia in sui dispositióne non fá-
litur, ineffáblem cleméntiam tuam súpplíces exo-
rámus: ut sicut Esther Reginam Israelíticæ plebis, cau-
sa salútis, ad Regis Assuéri thálamum, Regníque sui
consórtium transíre fecísti: ita hanc Fámulam tuam,
Christiánæ plebis salútis grátia, ad tuam grátiam transf-
íre fácias: ut tibi super ómnia júgiter placére desíderet,
& te inspiránte, quæ tibi plácita sunt, toto corde per-
ficiat, & dextera tuæ poténtiæ illam semper hic, & ubí-
que circúmdet. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

§. V.

De Receptione Principis Heredis.

*In hac Receptione omnia fiant, ut annotatur in Rece-
ptione Regis; cantentur verò sequentia.*


R. **P** 
Ó su i adju tó- ri um su per po-


tén-tem: & ex al-tá- vi e- lé- ctum de ple-


be




be me- a. * Ma- nus e- nim me- a




au xi li- á- bi tur e- i. ŷ. In-



ve- ni Da- vid ser-uum me- um ó le- o fan-



cto me- o un xi e- um. * Ma- nus. ŷ. Gló-



ri- a Pa- tri, & Fí li o, & Spi rí- tu-



i San- cto. * Ma- nus.

Deinde, si cantandus sit Hymnus Te Deum, tunc à Cantoribus intonandus est. Sacerdos autem cantat sequentia.

ŷ. Salvum fac Príncipe nostrum, Dómine.

R. Deus meus sperántem in te.

ŷ. Mitte ei, Dómine, auxiliúm de Sancto.

R. Et de Sion tuére eum.

ŷ. Nihil proficiat inimicus in eo.

R.

- ℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
 Ÿ. Fiat pax in virtute tua.
 ℞. Et abundantia in turribus tuis.
 Ÿ. Domine, exaudi orationem meam.
 ℞. Et clamor meus ad te veniat.
 Ÿ. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

DEus, cui omnis potestas, & dignitas famulatur: da huic Famulo tuo Principi nostro N. prosperum suæ Dignitatis effectum, in qua te semper timeat, tibi-que jùgiter placere contèdat. Per Christum Dòminum nostrum. ℞. Amen.

§. VI.

De Receptione Uxoris Principis Hæredis.

Omnia fiant, ut in Receptione Reginae, præter Orationem, quæ dicitur sequens.

Orémus.

QUæsumus, Omnipotens Deus, ut hanc Famulam tuam ubique sapièntia tua doceat, & confortet: atque eam Ecclèsia tua fidèlem semper agnòscat. Per Christum Dòminum nostrum. ℞. Amen.

§. VII.

Ordo Recipiendi plures Personas Insignes.

SI Rex simul cum Regina occurrant, tunc, observatis his, quæ dicuntur §. III. antecedenti, Sacerdos priùs Crucem Regi ministrabit, quàm Reginae, & similiter

eos sigillatim asperget, facta unicuique profunda inclinatione antea, & postea. Interim, vel postea, cantantur à Choro sequentia Responsoria, *R. Elegit eum Dominus,* & *R. Ista est speciosa,* &c. ut habentur §. 3. & §. 4. Deinde Sacerdos stans in cornu Epistolæ cantat.

Y. Deus iudicium tuum Regi da.

R. Et iustitiam tuam filio Regis.

Y. Salvos fac Regem, & Reginam nostram, Domine.

R. Deus meus sperantes in te.

Et cæteros Versus, qui dicuntur pro Rege, sed in plurali; quibus finitis, dicit prius Orationem pro Rege, & postea pro Regina, sub unica conclusione.

Idem fiat, si Princeps Hæres occurrerit cum Uxore, sed tunc dicto Responsorio pro Principe, scilicet: *Posui adiutorium,* dicitur *R. Ista est speciosa,* &c. cum Versibus, qui pro Principe habentur §. V. sed in plurali. Deinde dicitur Oratio pro Principe, & Uxore sub unica conclusione.

CAPUT QUARTUM.

De quibusdam aliis Processionibus extraordinariis.

Quandocumque tribulatio, vel alia quævis urgens occurrerit necessitas; vel pro speciali Populi devotione, & aliàs cum videbitur expedire, poterunt fieri Processiones, ut dicitur §. I. pag. 1. & tunc fient, prout infra in suis locis assignatur, servatis his, quæ Cap. I. §. II. pag. 2. determinantur pro omnibus Processionibus.

Ast si infrà scriptæ Preces tantùm cantentur in Ecclesia cum Expositione SS. Sacramenti in Limine Ostii Sacrarum; tunc observentur, tam in Expositione, quàm in Repositione, quod præscribitur ab Ecclesia Patriarchali in Precibus pro Partu Reginae, ut infra §. XII.

§. I.

Processio pro Pluvia petenda.

Congregatis in Ecclesia Fratribus, omnia servantur, tam in hac Processione, quàm in sequentibus, quæ in Litanis Maioribus dicitur Cap. I. §. XIV. pag. 136. Sed antequàm dicatur *Ÿ. Ut nos exaudire digneris, &c.* dicitur bis: *Ut congruentem pluviam Fidelibus tuis concedere digneris, Te rogamus, &c.* Finitis Litanis, Sacerdos alta voce dicit *Pater noster*, & reliqua secretò. Deinde, relicto Psalmo, Versibus, & Orationibus ibidem positis, dicantur sequentes, cum quibus est finienda Processio: & idem servabitur in aliis, prout in suis locis assignatur.

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

Tunc Cantores initiant Psalmum sequentem, quem Chorus prosequitur.

Psalmus 146.

Laudate Dòminum quoniam bonus est psalmus: * Deo nostro sit jucunda, decoraque laudatio.

Ædificans Jerúsalem Dòminus: * dispersiones Israelis congregabit.

Qui sanat contritos corde: * & alligat contritiones eorum.

Hh ii

Qui

- Qui númerat multitudinem
stellárum : * & ómnibus
eis nómina vocat.
Magnus Dóminus noster, &
magna virtus ejus : * &
fapiéntiæ ejus non est nú-
merus.
Suscípiens mansuétos Dómi-
nus : * humílians autem
peccatóres usque ad ter-
ram.
Præcínite Dómino in con-
fessióne : * psállite Deo
nostro in cíthara.
Qui óperit Cœlum núbibus : * & parat terræ plú-
viam.
Qui producit in móntibus
fœnum : * & herbam ser-
vitúti hóminum.
Qui dat juméntis escam ip-
sórum : * & pullis corvó-
rum invocántibus eum.
Non in fortitúde equi vo-
luntátem habébit : * nec
- in tibiis viri beneplácitum
erit ei.
Beneplácitum est Dómino
super timéntes eum : * &
in eis qui sperant super
misericórdia ejus.
Glória Patri, &c. *Quo fi-
nito, dicantur Preces.*
Ÿ. Operi, Dómine, Cœlum
núbibus.
℞. Et para terræ plúviam.
Ÿ. Ut producat in móntibus
fœnum.
℞. Et herbam servitúti hó-
minum.
Ÿ. Riga montes de superió-
ribus suis.
℞. Et de fructu óperum tuó-
rum satiábitur terra.
Ÿ. Dómine, exáudi oratió-
nem meam.
℞. Et clamor meus ad te
véniat.
Ÿ. Dóminus vobíscum.
℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DEus, in quo vivimus, movémur, & sumus : plú-
viam nobis tríbue congruéntem ; ut præsentibus au-
xíliis sufficiénter adjúti, sempitérna fiduciálius appetá-
mus.

Præ-

PRæsta quæsumus, Omnipotens Deus, ut qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus; contra adversa omnia tua semper protectione muniámur.

DA nobis, quæsumus Dómine, pluviam salutárem: & áridam terræ faciém fluéntis coeléstibus dignánter infúnde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, &c.

Ÿ. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Ÿ. Benedicámus Dómino. R. Deo grátias.

Ÿ. Exáudiat nos Omnipotens, & miséricors Dóminus.
R. Amen.

Ÿ. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. R. Amen.

§. II.

Processio pro Serenitate postulanda.

Servatis omnibus, ut suprà in Litaniis Maioribus, pag. 136. ante Versum *Ut nos exaudire digneris*, bis dicitur Ÿ. *Ut fidelibus tuis aeris serenitatem concedere digneris, Te rogamus, &c.* Cum verò pervenitur ad *Pater noster*, ut suprà, dicuntur sequentia.

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

Psalmus 66.

DEus misereátur nostri, & benedícat nobis: * illúminet vultum suum super nos, & misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terram tuam: * in ómnibus géntibus salutáre tuum. Confiteántur tibi pópuli Deus: * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læ-

Læténtur, & exúltent gen- **R.** Et prohibitæ sunt plúviæ
tes : * quóniam júdicas de Cælo.
pópulos in æquitáte, & **Ÿ.** Cum obdúxero núbibus
gentes in terra dírigis. Cælum.
Confiteántur tibi pópuli **R.** Apparébit arcus meus,
Deus : confiteántur tibi & recordábor fœderis mei.
pópuli omnes : * terra de- **Ÿ.** Illústra fáciem tuam, Dó-
dit fructum suum. mine, super servos tuos.
Benedícat nos Deus, Deus **R.** Et benedic sperántes in te.
noster, benedícat nos **Ÿ.** Dómine, exáudi oratió-
Deus : * & métuant eum nem meam.
omnes fines terræ. **R.** Et clamor meus ad te
Glória Patri, &c. véniat.
Ÿ. Adduxísti, Dómine, Spí- **Ÿ.** Dóminus vobíscum.
ritum tuum super terram. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DEus, qui culpâ offénderis, pœnitentiâ placáris : preces pópuli tui supplicántis propítius réspice, & flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

AD te nos, Dómine, clamántes exáudi : & áeris ferénitátem nobis tríbue supplicántibus ; ut qui justè pro peccátis nostris affligimur, misericórdia tua præveniéntem, cleméntiam sentiámus.

QUæsumus, Omnípotens Deus, cleméntiam tuam : ut inundántiam coérceas ímbrium, & hilaritátem vultus tui nobis impertíri dignéris. Per Dóminum nostrum, &c.

Ÿ. Dóminus vobíscum, &c. *ut in præcedenti Proce-
sione.*

§. III.

Preces ad repellendam Tempestatem.

Pulsantur Campanæ, & qui adesse possunt, in Chororum, vel in Ecclesiam convocatis, Litaniam, ut pagin. 136. dicuntur, in quibus bis dicitur: *A fulgure, & tempestate, libera nos Domine;* & post Litanias, Orationemque Dominicam

Psalms 147.

Lauda Jerúsalem Dóminum: * lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum: * benedíxit fíliis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem: * & ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ: * velóci ter currit sermo ejus.

Qui dat nivem, sicut lanam: * nébulam, sicut cínerem, spargit.

Mittit crystállum suam, sicut buccéllas: * ante fáciem frígoris ejus quis sustinébit?

Emíttet verbum suum, & liquefáciét ea: * flabit spíritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annúnciat verbum suum Jacob: * justítias, & júdícia sua Israel.

Non fecit táliter omni nátióni: * & júdícia sua non manifestávit eis.

Glória Patri, & Fílio, &c. *Y.* Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit Cœlum, & terram.

Y. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

R. Et salutáre tuum da nobis.

Y. Adjuva nos Deus salutáris noster.

R.

- R. Et propter glóriam nó-
minis tui, Dómine, líbe-
ra nos.
- Ÿ. Nihil proficiat inimicus
in nobis.
- R. Et fílius iniquitátis non
appónat nocére nobis.
- Ÿ. Fiat misericórdia tua,
Dómine, super nos.
- R. Quemádmódu[m] sperá-
vimus in te.
- Ÿ. Salvum fac pópulum
tuum, Dómine.
- R. Et bénedic hæreditáti
tuæ.
- Ÿ. Non privábis bonis eos,
qui ámbulant in innocéntia.
- R. Dómine Deus virtútum,
beátus homo, qui spérat
in te.
- Ÿ. Dómine, exáudi oratió-
nem meam.
- R. Et clamor meus ad te
véniat.
- Ÿ. Dóminus vobíscum.
- R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DEus, qui culpá offénderis, pœnitentiâ placáris: preces pópuli tui supplicántis propítius réspice, & flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

ADomo tua, quæsumus Dómine, spiritáles nequítia repellántur: & aereárum discédant malignitas tempestátum.

OMnípotens sempitérne Deus, parce metuéntibus, propitiáre supplicibus: ut post nóxios ignes núbium, & vim procellárum, in misericórdiam tránseat laudis comminatio tempestátum.

Domine Jesu, qui imperásti ventis, & mari, & facta fuit tranquíllitas magna, exáudi preces Famíliæ tuæ, & præsta; ut hoc signo Sanctæ Crucis ✠ omnis discédant sevítia tempestátum.

OMnipotens, & misericors Deus, qui nos, & castigando fanas, & ignoscendo conservas: præsta supplicibus tuis; ut & tranquillitatibus optatæ consolationis lætémur, & dono tuæ pietatis semper utámur. Per Christum Dóminum nostrum, &c.

Ÿ. Dóminus vobíscum, &c. *ut in præcedenti Processione, pag. 243.*

Aspergatur Aquâ benedictâ.

§. IV.

Processio tempore Penuriae, & Famis.

AGuntur omnia, ut in Litaniis Maioribus, pag. 136. usque ad finem Litaniarum, in quarum Precibus bis dicitur Ÿ. *Ut fructus terræ dare, & conservare digneris, Te rogamus, &c.* Post Litanias dicitur *Pater noster, &c.*

Psalms 22.

Dominus regit me, & nihil mihi déerit: * in loco páscuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me: * ánimam meam convértit.

Dedúxit me super fémitas justítia: * propter nomen suum.

Nam, etsi ambulávero in médio umbræ mortis, non

Pars I.

timébo mala: * quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus: * ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam: * advérsus eos, qui tribulant me.

Impinguásti in óleo caput meum: * & calix meus inébrians quàm præclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me: * ómnibus diébus vitæ meæ.

li

Et

Et ut inhábitem in domo
 Dómini: * in longitúdi-
 nem diérum.
 Glória Patri, &c.
 Ÿ. Dómine, non secúndum
 peccáta nostra fácias no-
 bis.
 R. Neque secúndum iniqui-
 tátes nostras retríbuas no-
 bis.
 Ÿ. Oculi ómnium in te spe-
 rant, Dómine.
 R. Et tu das illis escam in
 témpore opportúno.

Ÿ. Meménto Congregatió-
 nis tuæ.

R. Quam possedísti ab iní-
 tio.

Ÿ. Dóminus dabit benigni-
 tátém.

R. Et terra nostra dabit fru-
 ctum suum.

Ÿ. Dómine, exáudi oratió-
 nem meam.

R. Et clamor meus ad te
 véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Ineffábilem nobis, Dómine, misericórdiam tuam cle-
 ménter osténde: ut simul nos, & à peccátis ómnibus
 éxuas, & à pœnis, quas pro his merémur, erípias.

DA nobis, quæsumus Dómine, piæ supplicatiónis ef-
 féctum; & famem propitiátus avérte: ut mortálium
 corda cognóscant, & te indignánte tália flagélla prodí-
 re; &, te miseránte, cessáre.

Pópulum tibi súbditum, pro peccátis suis fame labo-
 rántem ad te, Dómine, convérte propítius, qui quæ-
 réntibus regnum tuum omnia adjiciénda esse dixísti. Qui
 vivis, & regnas cum Deo Patre, &c.

Ÿ. Dóminus vobíscum, &c. *ut in præcedenti Proceffio-
 ne, pag. 243.*

§. V.

Processio in tempore Pestis, & aliarum Ægriitudinum.

IN fine Litaniarum Maiorum ante *Ÿ. A morte perpetua*, dicitur bis *Ÿ. A peste, & fame, libera nos, Domine*. Deinde ante alium *Ÿ. Ut nos exaudire digneris*, bis etiam dicitur *Ÿ. Ut à pestilentie flagello nos liberare digneris, Te rogamus, audi nos*. Postea, dicto *Pater noster*, &c. dicuntur sequentia.

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem, &c.

Psalmus 6.

Domine, ne in furóre tuo árguas me: * neque in ira tua corrípias me.

Miserére mei, Dómine, quóniam infirmus sum: * sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valdè: * sed tu Dómine úsquequò?

Convértere Dómine, & éripe ánimam meam: * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui: * in

inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per síngulas noctes lectum meum: * lácrymis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est à furóre óculus meus: * inveterávi inter omnes inimicos meos.

Discédite à me omnes, qui operámini iniquitatem: * quóniam exaudivit Dóminus vocem fletús mei.

Exaudivit, Dóminus, deprecationem meam: * Dóminus orationem meam fuscépit.

Erubéscant, & conturbéntur

vehementer omnes inimici mei : * convertantur, & erubescant valde velociter.

Glória Patri, &c.

Ÿ. Dómine non secundum peccata nostra facias nobis.

℞. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

Ÿ. Adjuva nos Deus salutaris noster.

℞. Et propter gloriam nominis tui, Dómine, libera nos.

Ÿ. Dómine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.

℞. Citò anticipent nos misericordiae tuae, quia pauperes facti sumus nimis.

Ÿ. Ora pro nobis, Sancte Sebastiane.

℞. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ÿ. Dómine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dóminus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

EXaudi nos Deus salutaris noster, & intercedente beata, & gloriosa Dei Genitrice Maria semper Virgine, & Beato Sebastiano Mártire tuo, & omnibus Sanctis, pópulum tuum ab iracundiae tuae terroribus libera, & misericordiae tuae fac largire securum.

Propitiare, Dómine, supplicationibus nostris, & animarum, & corporum medere languoribus, ut, remissione percepta, in tua semper benedictione lætemur.

DA nobis, quæsumus Dómine, piæ petitionis effectum, & pestilentiam, mortalitatemque propitiatus averte; ut mortalium corda cognoscant à te indignante talia flagella prodire, & te miserante, cessare. Per Dóminum nostrum, &c.

Ÿ.

Ÿ. Dóminus vobíscum , &c. *ut in præcedenti Proceſſione.*

§. VI.

Preces dicendæ in Litaniis tempore Belli.

Peractis omnibus , ut ſuprà in Litaniis Maioribus pag. 136. & dicto *Pater noſter* , dicuntur ſequentia.

Ÿ. Et ne nos indúcas , &c.

Pſalmus 45.

Deus noſter refúgium , & virtus : * adjútor in tribulationibus , quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timébimus dum turbábitur terra : * & transferéntur montes in cor maris.

Sonuerunt , & turbátæ ſunt aquæ eórum : * conturbáti ſunt montes in fortitudine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei : * ſanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus.

Deus in médio ejus , non commovébitur : * adjuvábít eam Deus manè dilúculò.

Conturbátæ ſunt gentes , &

inclináta ſunt regna : * dedit vocem ſuam , mota eſt terra.

Dóminus virtútum nobíſcum : * ſuſcéptor noſter Deus Jacob.

Veníte , & vidéte ópera Dómini , quæ pòſuit prodígia ſuper terram : * áuferens bella uſque ad finem terræ.

Arcum cónteret , & confrínget arma : * & ſcuta combúret igni.

Vacáte , & vidéte quóniam ego ſum Deus : * exaltábor in géntibus , & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíſcum : * ſuſcéptor noſter Deus Jacob.

Glória Patri , &c.

Ÿ.

- Ÿ. Exúrge, Dómine, ádju-
 va nos.
 R. Et líbera nos propter
 nomen tuum.
 Ÿ. Salvum fac pópulum
 tuum, Dómine.
 R. Deus meus sperántem in
 te.
 Ÿ. Fiat pax in virtúte tua.
 R. Et abundántia in túrri-
 bus tuis.
 Ÿ. Esto nobis, Dómine,
 turris fortitúdinis.
- R. A fácie inimíci.
 Ÿ. Arcum cóntere, & con-
 fríngere arma.
 R. Et scuta combúre igni.
 Ÿ. Mitte nobis, Dómine,
 auxiliúm de Sancto.
 R. Et de Sion tuére nos.
 Ÿ. Dómine exáudi oratió-
 nem meam.
 R. Et clamor meus ad te
 véniat.
 Ÿ. Dóminus vobíscum.
 R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DEus, qui cónteris bella, & impugnatóres in te spe-
 rántium poténtiâ tuæ defensiónis expúgnas: auxi-
 liáre fámulis tuis implorántibus misericórdiam tuam; ut
 inimicórum suórum feritáte depréssa, incessábili te gra-
 tiárum actióne laudémus.

DEus, à quo sancta desidéria, recta consília, & jus-
 ta sunt ópera: da servis tuis illam, quam mundus
 dare non potest, pacem: ut & corda nostra mandátis
 tuis dédita, & hóstiúm subláta formídine, témpora sint
 tua protectióne tranquílla.

HOstium nostrórum, quæsumus Dómine, elíde su-
 pérbiam: & eórum contumáciam dexteræ tuæ vir-
 túte prostérne. Per Dóminum nostrum, &c.

Ÿ. Dóminus vobíscum, &c. *ut in præcedenti Procef-
 sione, pag. 243.*

Si

Si verò Bellum est contra Turcas, & alios Infideles, vel Hæreticos, tunc bis dicitur *Ÿ. Ut Inimicos Sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, Te rogamus audi nos.* Et ibidem addatur *Ÿ. Ut Turcarum (vel Hæreticorum) conatus reprimere, & ad nihilum redigere digneris, Te rogamus audi nos.* Et dicto *Pater noster*, dicuntur sequentia.

Ÿ. Et ne nos inducās, &c.

Psalms 78.

DEus venērunt Gentes in hereditatem tuam, polluērunt templum sanctum tuum: * posuērunt Jerúsalem in pomorum custodiam.

Posuērunt morticina fervorum tuorum, escas volatilibus Cœli: * carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.

Effuderunt sanguinem eorum, tamquam aquam in circuitu Jerúsalem: * & non erat qui sepeliret.

Facti sumus opprobrium vicinis nostris: * subsannatio, & illusio his qui in circuitu nostro sunt.

Usquequò, Dómine, irascēris in finem: * accen-

dētur, velut ignis, zelus tuus?

Effunde iram tuam in Gentes, quæ te non novērunt: * & in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.

Quia comedērunt Jacob: * & locum ejus desolaverunt.

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, citò anticipent nos misericordiae tuæ: * quia pauperes facti sumus nimis.

Adjuva nos, Deus salutaris noster: * & propter gloriam nominis tui, Dómine, libera nos: * & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Ne fortè dicant in Géntibus:
Ubi

- Ubi est Deus eorum? * R. A facie inimici.
 & innotescat in nationibus Y. Nihil proficiat inimicus
 coram oculis nostris. in nobis.
 Ultio sanguinis servorum R. Et filius iniquitatis non
 tuorum, qui effusus est: * apponat nocere nobis.
 intréat in conspectu tuo Y. Hostium nominis tui,
 gémitus compeditorum. Dómine, elíde superbiam.
 Secundum magnitudinem R. Et eorum contumáciam
 brachii tui, * pösside fi- dexteræ tuæ virtúte prof-
 lios mortificatorum. térne.
 Et redde vicinis nostris sé- Y. Fiant tamquam pulvis
 ptuplum in sinu eorum: * ante faciem venti.
 improperium ipsorum, R. Et Angelus Dómini pro-
 quod exprobraverunt ti- sequatur eos.
 bi, Dómine. Y. Effúnde iram tuam in
 Nos autem pópulus tuus, gentes, quæ te non no-
 & oves páscuæ tuæ, * verunt.
 confitébimur tibi in sæcu- R. Et in regna, quæ nomen
 lum. tuum non invocaverunt.
 In generatióem, & gene- Y. Mitte nobis, Dómine,
 ratióem * annuntiábi- auxílium de sancto.
 mus laudem tuam. R. Et de Sion tuere nos.
 Glória Patri, &c. Y. Dómine, exáudi oratió-
 Y. Salvos fac servos tuos. nem meam.
 R. Deus meus sperantes in R. Et clamor meus ad te
 te. véniat.
 Y. Esto nobis, Dómine, tur- Y. Dóminus vobíscum.
 ris fortitudinis. R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DA, quæsumus, Ecclésiæ tuæ, misericors Deus, ut Sancto Spíritu congregata, hostili nullatenus incursione turbetur.

DEus, qui culpâ offēderis, pœnitentiâ placaris, preces pópuli tui supplicantis propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

OMnipotens sempiternæ Deus, in cujus manu sunt omnium potestates, & omnium jura Regnorum: respice in auxilium Christianorum: ut gentes Turcarum (seu Hæreticorum) quæ in sua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentiâ conterantur. Per Dóminum nostrum, &c.

Ÿ. Dóminus vobiscum, &c. *ut in præcedenti Processione, pag. 243.*

§. VII.

Processio in quacumque Tribulatione.

Servatis omnibus, ut in Litaniis Maioribus pag. 136. finitisque Litaniis, dicitur Pater noster, &c.

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem, &c.

Psalms 19.

EXaudiat te, Dóminus, in die tribulationis: * próteget te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de Sancto: * & de Sion tueatur te. Memor sit omnis sacrificii

Pars I.

tui: * & holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum: * & omne consilium tuum confirmet.

Lætábitur in salutári tuo: * & in nómine Dei nostri magnificábitur.

Kk

Im-

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas: * nunc cognóvi, quóniam saluum fecit Dóminus Christum suum.

Exáudiet illum de Cœlo sancto suo: * in potentátibus salus dexteræ ejus.

Hi in cúrribus, & hi in equis: * nos autem in nómine Dómini Dei nostri invocábimus.

Ipsi obligáti sunt, & ceciderunt: * nos autem surréximus, & erécti sumus.

Dómine, saluum fac Regem: * & exáudi nos in die, qua invocavérimus te.

Glória Patri, &c.

Ÿ. Deus refúgium nostrum, & virtus.

R. Adjutor in tribulatióibus.

Ÿ. Salvos fac servos tuos, Dómine.

R. Deus meus sperántes in te.

Ÿ. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis.

R. Miserére nobis.

Ÿ. Adjuva nos Deus salutaris noster.

R. Et propter glóriam nóminis tui, Dómine, libera nos.

Ÿ. Dómine, exáudi oratió-nem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

NE despicias, Omnípotens Deus, pópulum tuum in afflictióné clamántem: sed propter glóriam nóminis tui, tribulátis succúrre placátus.

Ineffábilem misericórdiam tuam, Dómine, nobis cleménter osténde: & simul nos, & à peccátis ómnibus éxuas, & à pœnis, quas pro his merémur, erípias.

Concède nos famulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétuâ mentis, & corporis sanitate gaudere: & gloriósa Beátæ Mariæ semper Vírginis intercessióne, à præsentí liberári tristitia, & æternâ perfrui lætitiâ.

Tribulationem nostram, quæsumus, Dómine, propitius respice: & iram tuæ indignationis, quam justè merémur, avérte.

Deus refúgium nostrum, & virtus: adesto piis Ecclesiæ tuæ précibus auctor ipse pietátis, & præsta: ut quod fidéliter pétimus, efficaciter consequámur. Per Dóminum nostrum, &c.

Ÿ. Dóminus vobiscum, &c. *ut in præcedenti Processione, pag. 243.*

§. VIII.

Deprecationes diversæ pro Necessitatibus occurrentibus, faciendæ in Choro, sive in Ecclesia à Communitate ad hoc congregata.

Antiphona.

Sub tuum præsidium confúgimus, Sancta Dei Génitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed à periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriósa, & benedícta.

Sacerdos dicit:

Ÿ. Ora pro nobis, Sancta Dei Génitrix.

℞. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Orémus.

Concède nos fámulos tuos , quæsumus , Dómine Deus , perpétuâ mentis , & cörperis sanitáte gaudere , & gloriósa Beátæ Mariæ semper Vírginis intercessióne , à præsentí liberári tristítia , & æternâ pérfrui lætítiâ.

Deus , refúgium nostrum , & virtus , adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus , Auctór ipse pietátis , & præsta : ut quod fidéliter pétimus , efficaciter consequámur.

Pro Papa.

Deus ómnium Fidélium Pastor , & Rector fámulum tuum N. quem Pastórem Ecclésiæ tuæ præesse voluísti , propítius réspice : da ei , quæsumus , verbo , & exémplo , quibus præest , profícere , ut ad vitam , unâ cum grege sibi crédito , pervéniat sempitérnâ.

Pro Rege.

Quæsumus , Omnípotens Deus , ut Fámulus tuus N. Rex noster , qui tuâ miseratióne suscepit Regni gubernácula , virtútum étiam ómnium percípiat incrementa , quibus decénte ornátus , & vitiórum monstra devítare , & ad te , qui Via , Véritas , & Vita es , gratiósus váleat pervenire.

Pro quacumque necessitate.

Ineffábilem misericórdiam tuam , Dómine , nobis cleménte osténde : ut simul nos , & à peccátis ómnibus éxuas , & à pœnis , quas pro his merémur , erípias.

Contra Persecutores Ecclesiæ.

Ecclesiæ tuæ, quæsumus Dómine, preces placátus admítte: ut destrúctis adversitatibus, & erroribus univérsis, secúra tibi sérviat libertáte.

Pro Pluvia petenda.

Deus, in quo vívimus, movémur, & sumus; plúviam nobis tríbue congruéntem, ut præsentibus subsidiis sufficiénter adjúti, sempitérna fiduciáliùs appetámus.

Pro Serenitate petenda.

Ad te nos, Dómine, clamántes exáudi: & áeris serenitátem nobis tríbue supplicántibus: ut qui justè pro peccátis nostris affligimur, misericórdiâ tuâ præveniéntem, cleméntiam sentiámus.

Pro tempore Belli.

Deus, qui cónteris bella, & impugnatóres in te sperántium poténtiâ tuæ defensiónis expúgnas: auxiliáre fámulis tuis implorántibus misericórdiam tuam, ut inimicórum suórum feritáte deprésâ, incessábili te gratiárum actióne laudémus.

Pro vitanda Mortalitate, seu tempore Pestis, aut Famis.

Deus, qui non mortem, sed pœniténtiam desíderas peccatórum: pópulum tuum ad te reverténtem propítius réspice, ut dum tibi devótus exístit, iracúndiæ tuæ flagélla ab eo cleménter amóveas.

Pro Infirmō.

OMnīpotens sempitérne Deus, salus ætérna credén-
tium, exáudi nos pro fámulo tuo infirmo: pro quo
misericórdiæ tuæ implorámus auxiliū, ut réddita sibi
sanitáte, gratiárum tibi in Ecclésia tua réferat actiões.

Pro Infirmo, qui proximus est morti.

OMnīpotens, & miséricors Deus, qui humano gé-
neri, & salutis remédia, & vitæ ætérnæ múnera
contulísti: réspice propítius fámulum tuum infirmitáte
córporis laborántem, & ánimam réfove, quam creásti:
ut in hora éxitús illius, absque peccáti mácula tibi Crea-
tóri suo per manus Sanctórum Angelórum repræséntári
mereátur.

Pro Navigantibus.

DEus, qui transtulísti Patres nostros per mare Ru-
brum, & transvexísti eos per aquam nímiam, lau-
dem tui nóminis decantántes: te suppliciter deprecámur,
ut in navi fámulos tuos, repúlsis adversitatibus, portu
semper optábili, cursúque tranquillo tueáris.

Pro Itinerantibus.

ADesto, Dómine, supplicatióibus nostris, & viam
famulórum tuórum in salutis tuæ prosperitáte dis-
póne: ut inter omnes viæ, & vitæ hujus varietates, tuo
semper protegántur auxilió.

Pro Prægnante, aut in partu Laborante.

DEprecationem servorum tuorum, Omnipotens Deus, pro pánpere ancilla tua in partu (nunc) aut (in pósterum) laborante exaudire digneris; ut quemádmó- dum eam tua providéntia concípere decrevísti, ita ipsam tua prævia benedictióne, ad laudem tui sacri Nominis (Beatíssima semper Vírgine María suffragante cum óm- nibus Sanctis) celériter júbeas expediri.

Pro Tentatis, & Tribulatis.

DEus, qui justíficas ímpium, & non vis mortem pec- catóris, Majestátem tuam suppliciter deprecámur: ut fámulum tuum de tua misericórdia confidéntem, cœ- lésti prótegas benígnus auxilio, & assídua protectióne conferves: ut tibi júgiter famulétur, & nullis tentatió- nibus à te separétur.

Tempore Terremotús.

OMnipotens sempitérne Deus, qui réspicis terram, & facis eam trémere: parce metuéntibus, propitiá- re supplicibus: ut cujus iram, terræ fundaménta concu- tiéntem expávimus, cleméntiam contritiónes ejus sanán- tem júgiter sentiámus. Per Christum Dóminum nostrum.
R. Amen.

Et sic terminentur Orationes istæ, & similes aliæ, quæ pro exigentia necessitatis desumi poterunt ex Missali pro- pè finem, vel aliis ex locis.

§. IX.

*Preces dicendæ pro Electione Summi Pontificis,
vel Episcopi.*

Dicuntur Litanix Maiores pag. 139. & omissis illis verbis *Domnum Apostolicum*, dicitur *Ÿ. Ut omnes Ecclesiasticos Ordines*, &c. Postea dicitur bis *Ÿ. Ut Ecclesie tue optimum Pontificem Summum eligere digneris*, *Te rogamus audi nos*. Finitis Litiis, dicitur *Pater noster*, &c. & sequentia.

Ÿ. Et ne nos inducas, &c.

Psalms 131.

Memento, Domine, David: * & omnis mansuetudinis eius.

Sicut juravit, Domino: * votum vovit Deo Jacob.

Si introiero in tabernaculum domus meæ: * si ascendero in lectum strati mei.

Si dederò somnum oculis meis: * & palpebris meis dormitionem.

Et requiem temporibus meis: donec inveniam locum Domino: * tabernaculum Deo Jacob.

Ecce audivimus eam in

Ephrata: * invenimus eam in campis silvæ.

Introibimus in tabernaculum eius: * adorabimus in loco, ubi steterunt pedes eius.

Surge, Domine, in requiem tuam: * tu, & arca sanctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur justitiam: * & sancti tui exultent.

Propter David servum tuum: * non avertas faciem Christi tui.

Juravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eam: * de fructu

ven-

- ventris tui ponam super
 fedem tuam.
- Si custodierint filii tui testa-
 mentum meum, * & tes-
 timonia mea hæc, quæ
 docebo eos.
- Et filii eorum usque in sæ-
 culum: * sedebunt super
 fedem tuam.
- Quoniam elegit Dominus
 Sion: * elegit eam in ha-
 bitationem sibi.
- Hæc requies mea in sæcu-
 lum sæculi: * hic habitá-
 bo, quoniam elegeram eam.
- Viduas eius benedicens be-
 nedicam: * pauperes eius
 saturabo panibus.
- Sacerdotes eius induam sa-
 lutari: * & sancti eius
 exultatione exultabunt.
- Illuc producam cornu Da-
 vid: * paravi lucernam
 Christo meo.
- Inimicos eius induam con-
 fusione: * super ipsum
 autem efflorebit sanctifi-
 catio mea.
- Glória Patri, &c.
- Ÿ. Exaudi, Domine, sú-
 plicum Preces.
- Pars I.
- R. Et confitentium tibi par-
 ce peccatis.
- Ÿ. Meménto Congregatió-
 nis tuæ.
- R. Quam possedisti ab inítio.
- Ÿ. Súscita, Domine, Sacer-
 dótém accéptum tibi.
- R. Qui iuxta cor tuum, &
 voluntátem tuam fáciat.
- Ÿ. Tu, Domine, qui nosti
 corda hóminum.
- R. Osténde quem elégeris.
- Ÿ. Domine non secúndum
 peccáta nostra fácias no-
 bis.
- R. Neque secúndum iniqui-
 tates nostras retríbuas no-
 bis.
- Ÿ. Fiat misericórdia tua su-
 per nos.
- R. Quemádmódum sperávi-
 mus in te.
- Ÿ. Fiat pax in virtúte tua.
- R. Et abundántia in túrri-
 bus tuis.
- Ÿ. Osténde nobis, Domine,
 misericórdiam tuam.
- R. Et salutáre tuum da no-
 bis.
- Ÿ. Domine, exáudi oratió-
 nem meam.
- Ll R.

R. Et clamor meus ad te V. Dominus vobiscum.
 veniat. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustrati-
 one docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta scire,
 & de ejus semper consolatione gaudere.

Supplici, Domine, humilitate deposcimus, ut sacro-
 sanctae Romanae Ecclesiae concedat Pontificem illum
 tua immensa pietas, qui & pio in nos studio semper ti-
 bi placitus, & tuo populo pro salubri regimine sit assidue
 ad gloriam tui nominis reverendus.

Concède nos famulos tuos, quaesumus Domine Deus,
 perpetuae mentis, & corporis sanitate gaudere, &
 gloriosa Beatae Mariae semper Virginis intercessione a praesenti
 liberari tristitia, & aeterna perfrui laetitia.

Deus refugium nostrum, & virtus, adesto piis Ec-
 clisiae tuae precibus auctor ipse pietatis, & praesta,
 ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per
 Christum Dominum nostrum, &c.

Pro eligendo Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo, bis dicitur in Litaniis post V. *Domnum Apostolicum, &c.*
 V. *Ut Ecclesiae huic Pastorem optimum concedere dige-
 ris, Te rogamus audi nos.* Et similiter in Oratione: *Sup-
 plici Domine, dicitur: ut huic Ecclesiae concedat Antisti-
 tem illum tua immensa pietas, &c.*

§. X.

Modus visitandi Ecclesias tempore Jubilei.

Congregatis in propria Ecclesia Fratribus, duo Cantores intonent sequentem Hymnum, quem Chorus prosequitur.

Hymnus. Veni, Creátor Spíritus, &c. ut pag. 279.

Sacerdos dicit V. Emítte Spíritum tuum, & creabúntur.

R. Et renovábis fáciem terræ.

Orémus.

DEus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta fátere, & de ejus semper consolatióne gaudére. Per Christum Dóminum nostrum, &c.

Hoc peracto, Cantores Litanias congruenti voce absque nota incipient, ut pag. 139. Post versum *Sancta Maria*, procedet Crucifer inter Acolythos cum Cereis accensis. (CruX Velo violaceo ornata esse debet) Cruciferum sequentur Fratres bini, & bini. Cum ad limen Ecclesiæ visitandæ perventum fuerit, Cantores sequentem Psalmum, qui alternatim cani debet, incipient.

Psalms 99.

Jubiláte Deo omnis terra: * servíte Dómino in lætítia.

Introíte in conspéctu ejus, * in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus

ipse est Deus: * ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Pópulus ejus, & oves páscuæ ejus: * introíte portas ejus in confessióne;

átria ejus in hymnis: confitémini illi.

fitémini illi.

Laudate nomen ejus : quoniam suavis est Dominus , in æternum misericordia ejus , * & usque in generationem , & generationem veritas ejus.
Glória Patri, &c.

Dum supradictus Psalmus cantatur , ad Altare , ubi SS. Sacramentum asservatur , gressus dirigantur ; & ibi genuflexi Psalmum 50. *Miserere mei Deus* , &c. recitabunt , illóque absoluto , cantatur.

*Anti-
phona.* **P** 

Ar-ce Dó-mi ne, par-ce



pó pu-lo tu o: & ne des hæ-re di-tá-tem



tu-am in per-di-ti-ó-nem.

Ÿ. Fiat misericordia tua, Dómine, super nos.

℞. Quemádmódum sperávimus in te.

Orémus.

P Reces nostras, quæsumus Dómine, cleméner exáudi, atque à peccatórum vínculis absolútos, ab omni nos adversitáte custódi. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Tan-

Tandem, effusis ad Deum Precibus, juxta mentem Pontificis, sub silentio, & dato signo à Præsidente, cantatur Hymnus *Tantum ergo*, cum *Ÿ. Panem de Cælo*, & Oratione *Deus, qui nobis*, &c. ut pag. 159. Deinde, surgentibus omnibus, cantatur Antiphona cum *Ÿ.* & Oratione Sancti Patroni, vel Titularis Ecclesiæ.

Si verò Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum in Ecclesia non asservetur; tunc Psalm. *Miserere* cum *Añã*, *Ÿ.* & Oratione ante Altare Maius dicuntur, ut suprà, omisso Hymno *Tantum ergo*, &c. fitque tantum commemoratio Sancti Patroni, vel Titularis.

Posteà reassumptis Litaniiis à loco, ubi fuerant intermissæ, cum eis proceditur ad alias Ecclesias designatas; in quibus, excepto Hymno *Veni Creator*, &c. omnia fiunt, ut in prima. At verò in ultima Ecclesia priùs terminantur Litanix, & posteà cantatur Psalmus *Jubilate Deo*, &c. ut suprà. Tum dicitur *Pater noster*, & sequentia.

- Ÿ.* Et ne nos indúcas in tentatiónem.
- R.* Sed líbera nos à malo.
- Ÿ.* Exáudi, Dómine, súpplicum preces.
- R.* Et confiténtium tibi parce peccátis.
- Ÿ.* Meménto Congregatiónis tuæ.
- R.* Quam possedísti ab inítio.
- Ÿ.* Réspice de Cælo, & vide, & vísita víneam istam.
- R.* Et pérfice eam, quam plantávit déxtera tua.
- Ÿ.* Fiat pax in virtúte tua.
- R.* Et abundántia in túrribus tuis.
- Ÿ.* Salvum fac pópulum tuum, Dómine.
- R.* Et bédedic hæreditáti tuæ.
- Ÿ.* Dómine, exáudi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

EXaudi quæsumus, Domine, supplicium preces, & confitentium tibi parce peccatis, ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem.

In Ecclesiis dicatis B. M. V. omittitur sequens Oratio.

Concède, misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium; ut qui Sanctæ Dei Genitricis memoriam agimus, intercessionis ejus auxilio à nostris iniquitatibus resurgamus.

OMnipotens sempiternæ Deus, miserere Famulo tuo Pontifici nostro N. & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ; ut, te donante, tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

Ecclésiæ tuæ, quæsumus Domine, preces placatus admitte; ut destructis adversitatibus, & erroribus universis, secura tibi serviat libertate.

OMnipotens sempiternæ Deus, qui salvas omnes, & neminem vis perire; respice ad animas diabólica fraude decéptas; ut omni hæreticâ pravitate depositâ, errantium corda resipiscant, & ad veritatis tuæ redeant unitatem.

Deus, à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt ópera; da servis tuis illam, quam Mundus dare non potest, pacem; ut & corda nostra Mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tuâ protectione tranquilla.

PRætende, Dómine, Fidélibus tuis dexteram cœlestis auxílii; ut te toto corde perquirant, & quæ dignè póstulant, cónsequi mereántur. Per Dóminum nostrum, &c.

Demùm cantatur *Tantum ergo*, &c. ut suprà 159. & facta Commemoratione Sancti Patroni, vel Titularis ipsius ultimæ Ecclesiæ, dicitur:

Ÿ. Exáudiat nos Omnípotens, & miséricors Dóminus.
 R. Et custódiat nos semper. Amen.

Sic fit in reliquis Processionibus. Post ultimam verò cantatur Hymnus *Te Deum laudamus*, ut pag. 201. cum ŸŸ. & Orationibus pro Gratiarum Actíone pag. 274. quibus finitis, & facta Commemoratione SS. Sacramenti, & Sancti Patroni, seu Titularis Ecclesiæ, ut suprà, Cantores addunt.

Ÿ. Benedicámus Dómino. R. Deo grátias.

§. XI.

Preces pro salute Regis, vel Reginae, aut Principis.

Servatis omnibus, ut pag. 139. in Litanis Maioribus, & his finitis, dicitur Pater noster, & sequentia.

Ÿ. Et ne nos indúcas, &c.

Psalmus 20.

Domine in virtúte tua lætábitur Rex: * & super salutáre tuum exultábit veheménter.

Desidérium cordis ejus tribuísti ei: * & voluntáte labiórurn ejus non fraudásti eum.

Quóniam prævenísti eum in be-

- benedictionibus dulcedinis : * posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.
- Vitam petiit à te : * & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum , & in sæculum sæculi.
- Magna est gloria ejus in salutari tuo : * gloriam , & magnum decorem impones super eum.
- Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi : * lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.
- Quoniam Rex sperat in Domino : * & in misericordia Altissimi non commovebitur.
- Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis : * dextera tua inveniat , omnes , qui te oderunt.
- Pones eos , ut clibanum ignis in tempore vultus tui : * Dominus in ira sua conturbabit eos , & devorabit eos ignis.
- Fructum eorum de terra per-
- des : * & semen eorum à filiis hominum.
- Quoniam declinaverunt in te mala : * cogitaverunt consilia , quæ non poterunt stabilire.
- Quoniam pones eos dorsum : * in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.
- Exaltare , Domine , in virtute tua : * cantabimus , & psallemus virtutes tuas.
- Glória Patri , &c.
- Ÿ. Domine non secundum peccata nostra facias nobis.
- ℞. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.
- Ÿ. Salvum fac Regem nostrum N. (vel Reginam , Principem) Domine.
- ℞. Deus meus , sperantem in te.
- Ÿ. Mitte ei , Domine , auxilium de sancto.
- ℞. Et de Sion tuere eum.
- Ÿ. Dominus opem ferat illi.

R. Super lectum doloris R. Et clamor meus ad te
ejus. véniat.

Y. Dómine, exáudi oratió- Y. Dóminus vobíscum.
nem meam. R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DEus, cui próprium est miseréri semper, & párcere, súscipe deprecationem nostram, ut nos, & omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constringit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat.

DEus infirmitátis humanæ singuláre præsidium, auxilií tui super infirmum Fámulum tuum Regem (Reginam, Príncipem) nostrum N. osténde virtútem; ut ope misericórdiæ tuæ adjútus, Ecclésiæ tuæ Sanctæ incólumis repræsentári mereátur.

DEus, cujus nútibus vitæ nostræ moménta decúrrunt, súscipe preces nostras pro Fámulo tuo Rege (Reginâ, Príncipe) nostro N. pro quo ægrotánte misericórdiam tuam implorámus; ut de cujus perículo metúimus, de ejus salúte lætémur. Per Christum Dóminum nostrum, &c. R. Amen.

§. XII.

*Preces pro felici partu Reginae, vel Principis nostræ
prægnantis, post octavum mensem dicendæ.*

EXposito SS. Sacramento in aditu Tabernaculi, & thurificato de more, quin aliquid interim cantetur, incipiuntur statim Litaníæ, ut pag. 139. quibus finitis, Celebrans dicit, adhuc genuflexus, *Pater noster*, & sequentia.

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos à malo.

Psalms 127.

BEáti omnes, qui timent
Dóminum, * qui ám-
bulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum
quia manducábis: * beá-
tus es, & benè tibi erit.

Uxor tua, sicut vitis abún-
dans: * in latéribus do-
mús tuæ.

Fílii tui, sicut novéllæ olivá-
rum, * in circúitu men-
sæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo, *
qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex
Sion: * & vídeas bona
Jerúsalem ómnibus dié-
bus vitæ tuæ.

Et vídeas fílios filiórum tuó-
rum, * pacem super Is-
rael.

Glória Patri, &c.

Ÿ. Salvam fac ancíllam
tuam (Regínam, vel
Príncipem nostram N.)
Dómine.

℞. Deus meus sperántem
in te.

Ÿ. Mitte ei, Dómine, au-
xílium de Sancto.

℞. Et de Sion tuére eam.

Ÿ. Nihil proficiat inimícus
in ea.

℞. Et fílius iniquitátis non
appónat nocére ei.

Ÿ. Tríbue ei secúndum cor
suum fœcunditátem pro-
lis.

℞. Et omne consílium ejus
confirma.

Ÿ. Quóniam ipsa sperat in
Dómino.

℞. Et in misericórdia Al-
tíssimi non commovébi-
tur.

Ÿ. Dómine, exáudi oratió-
nem meam.

℞. Et clamor meus ad te
véniat.

*Surgit Celebrans, & profē-
quitur.*

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

EXáudi quæsumus, Dómine, preces nostras pro Fámula tua N. Príncipe (vel Reginâ) nostra, & sicut eam tua providentiâ concípere decrevísti, ita ipsam tua Benedictione præveniënte, & Beáta María suffragánte, celériter júbeas expedíri.

Domine Jesu Christe, qui absque dolóris contagióne ex útero Virgináli, portâ clausâ, exíre dignátus es; concéde propítius, ut fructum Fámulæ tuæ táliter in lucem prodíre dispónas, qui ad regeneratióem sacri Baptísmatis incólumis perveníre mereátur.

Deus refúgium nostrum, & virtus, adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus auctor ipse pietátis, & præsta; ut quod fidéliter pétimus, effícaciter consequámur. Per Christum Dóminum nostrum, &c.

Cum autem fient hujusmodi Preces, dum sit Regina, vel Princeps ad partum proxima, vel in eo jam laborans, prima Oratio dicetur, ut sequitur.

EXáudi quæsumus, Dómine, preces nostras pro Fámula tua Regína (vel Príncipe) nostra N. in partu nunc, aut in pósterum laboránte; & sicut eam tuâ providentiâ concípere decrevísti, ita ipsam tua Benedictione præveniënte, & Beáta María suffragánte, celériter júbeas expedíri.

Post Orationes dicet Celebrans:

Ÿ. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Ÿ. Benedicámus Dómino. R. Deo grátias.

Genuflectet Celebrans, & duo Cantores dicent:

Ÿ. Exáudiat nos Omnípotens, & miséricors Dóminus.
R. Amen.

Tum cantabitur *Tantum ergo*, &c. ut pag. 159. ad Ÿ. *Genitori, Genitoque*, &c. Celebrans stans imponet Thus in Thuribulum absque Benedictione, & genuflexus incensabit Sacramentum, & dicto Ÿ. *Panem de Cælo*, &c. responsoque *Omne delectamentum*, &c. cantabit:

Orémus.

DEUS, qui nobis sub Sacramento mirabili Passiónis tuæ memóriam reliquisti; tribue, quæsumus, ita nos Córporis, & Sanguinis tui sacra mystéria venerári; ut Redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculórum. Amen.

Tandem absque Benedictione reconditur in Tabernaculo Sacramentum.

§. XIII.

Gratiarum Aëlio pro quocumque Beneficio agenda.

Congregatis Fratribus in Choro, intonatur Hymnus Te Deum, ut in pag. 201. in cujus fine dicuntur sequentia.

Ÿ. Benedíctus est, Dómine, Deus Patrum nostrórum.

R. Et laudábilis, & gloriósus in sæcula.

Ÿ. Benedicámus Patrem, & Fílium cum Sancto Spíritu.

R. Laudémus, & superexaltémus eum in sæcula.

Ÿ. Benedíctus es, Dómine Deus, in firmaménto Cœli.

R.

R. Et laudábilis , & gloriósus , & superexaltátus in
fæcula.

Y. Bénedic , ánima mea , Dómino.

R. Et noli oblivísci omnes retributiónes ejus.

Y. Dómine , exáudi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Y. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DEus , cujus misericórdiæ non est númerus , & boni-
tátis infínitus est thesáurus : piíssimæ Majestáti tuæ
pro collátis donis grátias ágimus , tuam semper clemén-
tiam exorántes : ut qui peténtibus postuláta concédís ,
eósdem non déserens , ad præmia futúra dispónas.

DEus , qui corda Fidélium Sancti Spíritûs illustratió-
ne docuísti : da nobis in eódem Spírítu recta sápe-
re , & de ejus semper consolatióne gaudére.

DEus , qui néminem in te sperántem nimiùm affligi
permíttis ; sed piúm précibus præstas audítum : pro
postulatióibus nostris , votisque fuscéptis grátias ágimus ,
te piíssimè deprecántes ; ut à cunctis semper muniámur
advérsis. Per Christum Dóminum nostrum , &c.

*Si acciderit , quòd obligemur , ut exeamus extra Claus-
tra cum Processione , tunc præter dictum Hymnum , dici
poterunt aliqui Psalmi ex sequentibus.*

Cantáte , Dómino , cánticum novum : * cantáte Dó-
mino omnis terra , &c.

Jubiláte Deo omnis terra : * servíte Dómino in lætí-
tia , &c.

Laudáte Dóminum omnes gentes , &c.

Lau-

Laudate Dóminum de Coelis, &c.
 Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino, &c.
 Benedíctus Dóminus Deus Israel, &c.

Si autem hæc Processio fiat per Claustra, sine Stationibus facienda est, & tantum prædictus Hymnus canendus erit. At in hac Processione per Claustra procedere debet aliquis Sacerdos Amictu, Rocchetto, Stola, & Pluviali albi coloris indutus, qui dicat Preces, & Orationes, ut supra.

CAPUT QUINTUM.

De aliis Sacris Actionibus, quæ in N. S. Congregatione Processionaliter fiunt.

§. I.

De Indutione Novitiorum.

CUM aliquis Mundo renuntiare cupiens, nostri Sacri Ordinis Habitu induendus fuerit; Magister Novitiorum illum sæcularibus indumentis exuit, ac tunicâ grisei coloris induit, de petendis, & agendis instruit. Deinde pulsatâ Campanâ Capituli, Fratres induti Palliis Processionarios deferentes, conveniant in Chorum, vel in Ecclesiam. His per ordinem sedentibus, Sæcularis induendus à Magistro Novitiorum, ac alio ex dignioribus ducatur, cum Sandaliis incedens, tonso capite, & aliqua sæculari veste honestâ superindutus, portans in manibus Habitum recipiendum, cum Pallio, & cæteris, quibus est induendus. Deinde hæc omnia deponit, & se prosternit ad pedes Prioris, vel Præsidentis, qui sedet in

superiori gradu Altaris ad latus Evangelii, cum Stola alba ad collum, habens à dextris vas Aquæ benedictæ.

Post hæc, illum erigi iubens, hoc modo interroget: *Quid petis?* Cui ille genuflexus respondet: *Misericordiam Dei, Paupertatem Ordinis, Fratrumque societatem.*

Tunc Prior, quid postulaverit, quanta sit huiusmodi petitio, de laboribus, & austeritate Ordinis, ac de mutatione morum, & perseverantia, brevi Exhortatione illum admoneat. Quâ finitâ, quærat ab eo apertè coram omnibus:

An sponte, & ex proprio motu, animo serviendi Deo, & cum proposito perseverandi veniat ad Religionem? Cui ille respondebit: *Utique, Dei misericordiâ.*

Deinde Prior, cum omnibus surgens, dicat: *Deus, qui te incæpit in nobis, ipse te perficiat. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.*

Statim exuens illum sæculari, qua opertus est, veste, dicat: *Exuat te Dominus veterem hominem cum aëlibus suis.* Deinde, stantibus omnibus Fratribus, genuflexoque Novitio induendo, stans dicat:

V. Dómine, Deus virtutum, convérte nos.

R. Et osténde faciém tuam, & salvi érimus.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Domine Jesu Christe, ætérni Patris Unigénite, qui nostræ Mortalitátis tégumen in Beátæ, & intemératæ Vírginis Mariæ Utero indúere, & Mundum peccátis inveterátum, per tuæ Incarnatiónis Mystérium renováre dignátus es; te súpplices exorámus, ut intercedén-te ipsa tua Genitríce Mariá, hujus sanctæ Religiónis Pa-

trónâ præcipuâ, hic Fámulus tuus in spírítu mentis suæ renovátus, véterem hóminem cum áctibus suis éxuat, & novum hóminem, qui secúndum Deum creátus est, indúere mereátur. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculórum. R. Amen.

Post hæc statim cum duobus Fratribus illum nostri Sacri Ordinis Habitu induat: tunicámque superiorem imponendo, dicat:

Induat te Dominus novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia, & sanctitate veritatis. In Nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus Sancti. R. Amen.

Mox præcingat eum Corrigiâ, dicens: *Cum esses junior, cingebas te, & ambulabas, ubi volebas; cum autem senueris, alius te cinget. In Nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus Sancti. R. Amen.*

Imponens illi Scapulare, & Caputium, dicat: *Tolle jugum Christi suave, & onus ejus leve. In Nomine Patris, ✠ & Filii, &c.*

Ultimò, si Pallium non sit album, nihil dicitur, illud imponendo; si verò sit album, dicat: *Qui sequuntur Agnum sine macula, ambulabunt cum eo in albis; ideo sint semper tua vestimenta candida, in signum internæ puritatis. In Nomine Patris, ✠ & Filii, &c. R. Amen.*

His peractis, noviter indutum genuflexum, & capite aliquantulum inclinato remanentem, Prior aspergat Aquâ benedictâ, qui cum omnibus genuflectens, incipit Hymnum: *Veni Creator Spiritus, &c.* Quem Conventus prosequitur, & dictâ primâ strophâ, surgunt, &, stante Priore ad cornu Evangelii in superiori gradu Altaris, Novitius infra gradus Altaris se prosternat, Assisten-


tentibus eidem Magistro Novitiorum, & alio Fratrem; altero à dextris, altero à sinistris.

Hym- nus. **V** E ni, Cre- á tor Spí- ri tus, Mentés
 tu ó rum ví- si ta: Im ple su- pér- nâ grá ti á,
 Quæ tu cre- á sti pécto ra. Qui dí ce- ris Pa- rá-
 cli tus, Al tí si mi Do- num De i, Fons vi- vus, I-
 gnis, Chá ri tas, Et spi ri- tá lis Uncti- o. Tu se-
 pti- fórmis mú- ne re, Dí gi tus Pa térnæ déx- te-
 ræ, Tu ri- tè Pro- míf- sum Patris, Ser- mó ne di-


Pars I.

Nn


tans




tans gúttu ra. Accénde lumen sén- si bus, Infúnde




amó rem cór- di bus, In fír- ma nos- tri córpo ris




Vir- tú te firmans pérpe ti. Hostem re- pél las lón-




gi ùs, Pa cémque do nes pró- ti nùs, Du ctó- re




fic te præ vi o, Vi- témus omne nó xi um. Per




te fci- ámus, da Pa- trem, Noscámus atque Fí- li-




um; Té que u tri- úf- que Spí ri tum Cre dámus om-



ni tém po re. De o Pa- tri sit gló- ri a, Et Fí-



li o, qui à mór- tu is . Sur ré- xit, ac Pa- rá cli-



to In sæ cu- ló rum sæ cu la. A- men.

Finito Hymno, permanente adhuc Novitio prostrato, Cantor dicat, *Kyrie eleison*. Et Conventus, *Christe eleison*. *Kyrie eleison*. *Pater noster*, &c. Infra scripti $\Psi\Psi$. dicantur in plurali, si plures simul sint Habitum recepturi.

Ψ . Et ne nos indúcas in tentatiónem.

\Re . Sed libera nos à malo.

Ψ . Manda Deus virtúti tuæ.

\Re . Confirma hoc Deus, quod operátus es in eo.

Ψ . Salvum fac servum tuum, Dómine.

\Re . Deus meus sperántem in te.

Ψ . Esto ei, Dómine, turris fortitúdinis.

\Re . A fácie inimíci.

Ψ . Nihil proficiat inimícus in eo.

\Re . Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.

Ψ . Ora pro eo, Sancta Dei Génitrix.

\Re . Ut dignus efficiátur promissionibus Christi.

Ψ . Dómine, exáudi oratiónem meam.

\Re . Et clamor meus ad te véniat.

Ψ . Dóminus vobíscum. \Re . Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DEus, qui corda Fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : da ei in eódem Spírítu recta sápere, & de ejus semper consolatióne gaudére.


PRótege, Dómine, Fámulum tuum subsidiis pacis, & Beátæ Mariæ semper Vírginis patrocíniis confidentem, à cunctis hóstibus redde secúrum.


DEus miséricors, Deus clemens, cui cuncta bona placent, sine quo nihil boni inchoátur, nihilque boni perficitur; adsint nostris humíllimis précibus tuæ pietátis aures; & hunc Fámulum tuum, cui in tuo Sancto Nómine Hábitum nostræ Sacræ Religiónis impónimus, à mundi impediménto, vel sæculári desidério défende: & concéde ei, ut in hoc sancto propósito devótus persístere, & remissióne peccatórum percéptâ, ad Electórum tuórum váleat pervenire consórtium.


DEus, qui non vis mortem peccatóris, sed per pœniténtiam, & emendatiónem, vitam semper inquíris: te suppliciter deprecámur, ut huic Fámulo tuo sæculáribus áctibus renuntiánti largè tuæ pietátis grátiam infúndere dignéris; quátenùs castris tuis infértus, ita tibi militándo, statum vitæ præsentis percúrrere váleat: ut bravíum æternæ remuneratiónis, te donánte, percípiat. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.


Quibus dictis, aspergit illum Aquâ benedictâ. Postea elevetur à terra à duobus supradictis Fratribus, & manibus junctis ante pectus, ducatur ad medium Altaris, quod genuflexus reverenter osculabitur. Mox ductus ante Priorem, genuflectit, osculatâque illius manu; reliquos omnes Fratres devotè, & reverenter amplexabitur, dicens Sacerdotibus: *Ora Deum pro me, Pater: cæteris verò: Ora Deum pro me, Frater.* Dum hæc sunt, Cantores incipiunt Antiphonam: *Ecce quam bonum, &c.* quam Conventus communiter prosequitur; eâque finitâ,
Can-

Cantores, cantant secundum versum ejusdem Psalmi, videlicet: *Sicut unguentum*, &c. Postquam dictum fuerit, iterum repetitur à Conventu prædicta Antiphona: *Ecce quam bonum*, &c. Et hoc ordine dicuntur à Cantoribus reliqui versus, repetente Conventu post unumquemque eorum: *Ecce quam bonum*, &c. ut infra.

Antiphona. **E** 
Cantores. C- ce quam bo- num, *Chorus.* &


 quam ju cún-dum, ha bi tá re Fra- tres in u num.


Cant. Ps. Si cut ungu éntum in cá pi te: *Chor.* quod


 descén dit in barbam, barbam A a ron.

Deinde repetitur Antiphona Ecce, &c.

Quod descéndit in oram vestiménti ejus: * sicut ros Hermon, qui descéndit in montem Sion. *Añã Ecce.*

Quóniam illic mandávit Dóminus misericórdiam: * & vitam usque in sæculum. *Añã Ecce.*

Glória Patri, & Fílio, * & Spirítui Sancto. *Añã Ecce.*

Sicut erat in princípio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculórum. Amen. *Añã Ecce.*

His

His peractis, noviter Receptus à Magistro Novitiorum in ultimo loco inter Novitios collocatur, & Fratres, facto per Præsidentem signo, ac incipiente Cantore Psalm. *Deus misereatur*, &c. in Conventum revertuntur.

§. II.

De Professione Novitiorum.

QUando tempus Professionis advenerit, Fratres ad Cymbali pulsationem cum Palliis, & Manualibus in Choro, vel Ecclesia congregentur, & ibi sedebunt. At si Prælato placuerit, quod cantetur Hymnus *Veni Creator Spiritus*, &c. initiatus à Cantoribus, ut in §. ant. pag. 279. tunc sedebunt, postquam idem Prælatus cantaverit *Ÿ. Emitte Spiritum tuum*, & Orationem, ut in Cap. IV. §. X. pag. 265. Deinde ducatur Novitius à suo Magistro, & alio ex senioribus Fratribus, superiori Tunnicâ grisei coloris indutus, portans in manibus ea, quibus est induendus, & se infra gradus Altaris prosternat coram Priore, vel Præsidente, (Stolam collo impositam, & vas Aquæ benedictæ cum Aspersorio à dextris, habente) qui illum erigi jubens, *Quid petis?* interroget. Novitius verò respondeat: *Misericordiam Dei, Paupertatem Ordinis, Fratrumque Societatem.* Deinde Prior, vel Præsidentis, quid sit Professionem emittere, & sub Obedientia, Castitate, & Paupertate vivere, breviter illi exponat. Hoc factò, Novitius appropinquans Priori, vel Præsidenti, manus suas (in quibus sit Charta scripta, tenorem continens emittendi Professionem) manibus Prioris, vel Præsidentis genuflexus imponat, & semel tantùm Professionem voce clara, & devota, lingua

guâ Latinâ , (vel Vulgari , si fuerit Laicus) distinctè dicat.

Forma Professionis.

» Ego Frater N. facio meam Professionem , & promitto Obedientiam , Castitatem , & Paupertatem Deo , & Beatæ Mariæ Virgini de Monte Carmeli , & Reverendo Patri Nostro N. Generali , ejusque Successoribus : secundum Regulam primitivam dicti Ordinis (hoc est) sine mitigatione usque ad mortem.

Si Professio fit in manibus Patris nostri Generalis , dicitur sequenti modo.

» Ego Frater N. facio meam Professionem , & promitto Obedientiam , Castitatem , & Paupertatem Deo , & Beatæ Mariæ Virgini de Monte Carmelo , & tibi Reverendo Patri nostro N. Generali , tuisque Successoribus ; secundum Regulam Primitivam dicti Ordinis (hoc est) sine mitigatione usque ad mortem.

Postquam semel Professionem emisit , dicat Prior sine cantu.

Prior. Immola Deo sacrificium laudis.

Chorus. Et redde Altissimo vota tua.

Professus adhuc genuflexus , eodem tono , quo Professionem emisit , dicat :

» Vota mea , Domino , reddam in conspectu omnis populi ejus ; in atriis Domûs Domini.

Chartámque Professionis Priori tradat, quâ acceptâ, Prior cum cæteris omnibus surgens, dicat sine cantu: *Deus, qui te incæpit in nobis, ipse te perficiat.* R. Amen.

Mox omnibus stantibus, dicat eodem modo:

Y. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

SAncte Spírítus, qui te Deum, ac Dóminum reveláre dignátus est Mortálibus; imménsam tuæ pietátis postulámus grátiam, ut sicut ubi vis, spiras; sic & huic Fámulo tuo afféctum devotiónis concédes; ut per intercessiÓNem Beatíssimæ Vírginis Mariæ, cui peculiáriter in hac sua sancta Religióné devótum exhibére dispósuit famulátum; eum à vanitáte sæculi veráciter convértas, & ad hujus sancti Propósi observántiam fácias ita certátim fervére; quátenùs justè, & piè vivéndo per veram humilitátem, obediéntiam, castitátem, & abdicatiÓNem proprietátis, in Fratérna Charitáte, constánti perseve-rántiâ; ejúsdem sancti Propósi cursum váleat feliciter consummáre; quod ipse præstáre dignéris. Qui cum Patre; & Fílio vivis, & regnas Deus in sæcula sæculórum. R. Amen.

Benedictio Habitús.

Y. Adjutórium nostrum in Nómine Dómini.

R. Qui fecit Cælum, & terram.

Y. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Domine Jesu Christe, qui tégumen nostræ Mortalitátis indúere dignátus es, obsecrámus imménsam tuæ largitátis abundántiam; ut hoc genus Vestiméti; quod

quod Sancti Patres ad innocentiae, & humilitatis iudicium abrenuntiantes saeculo ferre sanxerunt; tu ita bene ✠ dicere digneris, ut hic Famulus tuus, qui hoc indutus fuerit Vestimento, te quoque inducere mereatur. Qui vivis, & regnas per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

Orémus.

Domine Jesu Christe, Auctor Virtutum, & Amator poenitentium, qui maxime Humilitatem, Paupertatem, Obedientiam, & Castitatem, cum caeteris Virtutibus corporaliter in Mundo elegisti, & peccatores ad poenitentiam misericorditer vocare venisti, ac omnes fideliter credentes pie suscepisti; tuam ineffabilem misericordiam suppliciter exoramus, quatenus hunc Habitum sancti ✠ ficare, ac bene ✠ dicere digneris; & concede propitius, ut hic Famulus tuus, qui illum devote, in sanctae conversationis signum, suscipit; cum veste candida, & immaculata ante Tribunal tuum in Sanctorum agmine glorificatus in die Iudicii valeat apparere. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas in saecula saeculorum. R. Amen.

Deinde aspergit Vestes, & noviter Professum, dicens:
In Nomine Patris, & Filii, ✠ & Spiritus Sancti.
R. Amen.

Mox induit Professum; & primo praecingens illum Corrigiam, dicit: Cum esses junior, cingebas te, & ambulabas, ubi volebas; cum autem senueris, alius te cinget. In Nomine Patris, & Filii, ✠ & Spiritus Sancti.
R. Amen.

Postea imponit ei Scapulare, & Caputium, dicens:
Tolle jugum Christi suave, & onus ejus leve. In Nomine Patris, & Filii, ✠ & Spiritus Sancti. R. Amen.

Ultimò imponit illi Pallium , dicens : Qui sequuntur Agnum sine macula , ambulabunt cum eo in albis ; idèd sint semper tua vestimenta candida in signum internæ puritatis. In Nomine Patris , & Filii , ✠ & Spiritûs Sancti. R. Amen.

Hic etiam notandum est , quod si Pallium non sit album , nihil dicitur ad ejus impositionem.

Quibus finitis , incipit Prior alta voce Hymnum *Te Deum laudamus* , ut habetur pag. 201. quem omnes usque ad finem decantabunt. Interim pulsentur Campanæ Conventûs , & noviter Professus se prosternat infra gradus Altaris. Quo finito , Cantores dicant : *Kyrie eleison.* Deinde Chorus : *Christe eleison. Kyrie eleison.* Tunc Prior stans in superiori Altaris gradu , in cornu Evangelii , cantat : *Pater noster.*

Y. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed libera nos à malo.

Y. Manda Deus virtúti tuæ.

R. Confirma hoc Deus , quod operátus es in eo.

Y. Salvum fac servum tuum , Dómine.

R. Deus meus sperántem in te.

Y. Esto ei , Dómine , turris fortitúdinis.

R. A fácie inimíci.

Y. Nihil proficiat inimícus in eo.

R. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.

Y. Ora pro eo , Sancta Dei Génitrix.

R. Ut dignus efficiátur promissionibus Christi.

Y. Dómine , exáudi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Y. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Oré-

Orémus.

DEus misericors, Deus clemens, cui cuncta bona placent, sine quo nihil boni inchoatur, nihilque boni perficitur; adsint nostris humillimis precibus tuæ pietatis aures, & hunc Famulum tuum, cui in tuo Sancto Nómine Hábitum nostræ sacre Religiónis impónimus, à Mundi impediménto, vel sæculári desidério defénde, & concéde ei, ut in hoc sancto Propósito devótus persístere, & remissióne peccatórum percéptá, ad Electórum tuórum váleat pervenire consórtium.

DEus, qui non vis mortem peccatóris, sed per pœniténtiam, & emendatiónem, vitam semper inquíris; te suppliciter deprecámur, ut huic Fámulo tuo, sæculáribus áctibus renuntiánti, largè tuæ pietátis grátiam infúndere dignéris; quátenus Castris tuis insértus, ita tibi militándo, statum vitæ præsentis percúrrere valeat, ut bravium æternæ remuneratiónis, te donánte, percípiat. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Quibus dictis, aspergat illum Aquâ benedictâ, & elevetur à duobus supradietis Patribus. Et fiant ea, quæ paulò superiùs in Indutione Novitiorum pag. 282. dicta sunt.


§. III.

De Ingressu, & Indutione Monialium.


CUM Novitia ingressura est Monasterium, à Monialibus, Velo coopertis, cum Palliis, & Candelis accensis, Processionaliter recipienda est, ita ut Seniores sint juxta Ostium Monasterii, & Juniores juxta Crucem. Cum Novitia jam ingressa fuerit, tunc cum illa procedunt ad Chorum cantantes sequentem Hymnum.

Hym-
nus.


O




Glo- ri- ó fa Vír- gi num, Su- blí-



mis inter sí- de ra, Qui te cre á vit párvu lum,




La- étente nu tris ú- be re. Quod He- va trif-



tis áb- stu lit, Tu reddis almo gérmí ne, In trent




ut astra flé bi les, Cœ- li re clú dis cár- di-



nes. Tu Re- gis al ti já- nu a, Et au la lu-




cis fúl- gi da, Vi tam da tam per Vír- gi nem




Gentes redémptæ pláu- di te. Je su ti- bi sit


gló-



gló- ri a, Qui na tus es de Vír- gi ne Cum Patre



& al- mo Spí ri tu, In sempitérna sæ- cu-



la. A- men.

Deinde Cantatrices cantant in medio Chori.

Ÿ. Ora pro nobis, Sancta Dei Génitrix, &c.

Posteà Prælatus stans in Ecclesia juxta Crates, Stola albâ e collo pendente supra Pallium, cantat:

Orémus.

DEus, qui excellentissimæ Virginitis, & Matris Mariæ Título humilem Ordinem tibi electum singulariter decorasti, & pro defensione ejusdem miracula sufficitasti: concede propitius; ut cujus Commemorationem devoti veneramur, ejus in præsentis auxiliis muniti, & in futuro gaudiis sempiternis perfrui mereamur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Dum hic Versiculus, & Oratio cantantur Communitas stabit, sed Novitia genuflexa erit in medio Chori juxta Crates, ubi etiam erunt Habitus, Corrigia, Scapulare, & Pallium, quibus induenda erit. Post dictam

Ora-